P. Abbatissae.

Die

Urkunden

des

Klosters Leubus.

f. von Büsching.

BIBLIOTH. REG. CAR. ECCL. CATH. S. LABAT. VRATISL.

Lieferung I.

Es wird gebeten, diese Bogen noch nicht binden, sondern bloß in diesen Umschlag heften zu lassen, da Titel, Vorrede und die zweite Lieferung, welche den Schlus des Bandes enthält, erst im Jahre 1822 erscheinen werden.

Mit 4 Tafeln in Steindruck.

Breslau, 1821.

Kosten des Vereines für Schlesische Geschichte und Alterthümer, bei Gustav Kupfer.

XIII a 2444 0

Ex donatione
R. D. Praelati
Adolphi Franz.

BIBLIOTH.
R.V.CAP.ECCL.
CATH.S.IO.BAPT.
VRATISL.

Boleslaus altus I.

I.

Stiftungs-Urkunde des Klosters Leubus, ihrem ersten Entwurfe nach, aber feierlich vollzogen. Grodiz (Gródiżberg) 1175, ohne Tag.

C. In. nomine. ſanctę. et. indiuiduę. trinitatis. bolezlauſ dux zleſię. uniuerſiſ chriſti fidelibuſ. tam futuriſ quam preſentibuſ. proſperitatem uitę preſentiſ et futurę; Quandoquidem uelocitate dierum noſtrorum tranſituri ſumus. quemadmodum fugere ſolet umbra. uel euaneſcere fumuſ. conſultiſſimum conſtat animę ſaluandę prouidere. cuiuſ uitam ſcimuſ in eternum permanere; Igitur. pro dilectione domini noſtri iheſu chriſti. liberatoriſ animarum noſtrarum. et pro ueneratione genitriciſ eiuſ. perpetuę uirginiſ marię. et pro interuentu ſancti iacobi apostoli. omniumque ſanctorum dei. monachoſ adductoſ de portenſi cenobio. quod eſt in theotonia ſuper ſalam fluuium. collocaui in locum qui dicitur lubenſ. et eſt in antiqui caſtri ſinu ſuper fluminiſ odere fluenta. ut ibi in unitate et com-

munione ſanctę katholicę eccleſię. ſancti bene-
dicti regulam. atque ciſtercienſiſ ordiniſ inſtituta
teneant: in remedium animę meę. et pro ani-
mabus progenitorum affiniumque meorum; Qua-
proter (Quapropter): omneſ attinentiaſ cenobii
lubenſiſ. in noſtra defenſione comprehendimuſ.
et ſucceſſoribuſ noſtriſ per omne tempus defen-
dendaſ conmittimuſ. pro ſolo diuinę retributioniſ
intuitu;. Si qua igitur ſpiritualiſ perſona. ſeculari-
ſue poteſtaſ. uel quiſquam de ſuppaniſ. uel aliis
bonis. bona aliqua lubenſi cenobio. iuſta tradi-
tione. uel deuota oblatione. ſeu rata cambitione
contulerit. inconcuſſa ei et illabata permaneant.
ſecundum apoſtolica priuilegia. quę data ſunt or-
dini ciſtercienſi. in quibuſ ei confirmatur integri-
taſ decimarum. de terriſ ſuiſ et hominibuſ. iu-
mentiſ et pecudibuſ; Quicumque uero theoto-
nici poſſeſſioneſ monaſterii coluerint. uel ſuper
eaſ habitauerint per abbatem in eiſ collocati. ab
omni iure polonico ſine exceptione ſint in per-
petuum liberi; Si qui autem poloni. non perti-
nenteſ ad alicuiuſ dominium. fuerint abbatiſ co-
loni. non cogantur alii cuiquam aliquid ſoluere.
uel ſeruicium aliquod exhibere; Porro tota poſ-
ſeſſio. abbatiſ et monachorum ſolummodo erit at-
que dicetur. quia nobiſ aſſumpſimuſ eoſ non pro
agricoliſ uel ſtructoribuſ. ſed pro litteratiſ diui-
norum celebratoribuſ. celeſtiumque contemplato-
ribuſ; Jam uero ſubicitur poſſeſſioniſ deſcriptio;
Lubenſ et attinentię eiuſ. et termini circa ode-
ram uidelicet eccleſia beati hiohanniſ euange-
liſtę. forum cum omni utilitate. tranſituſ fluuii
cum circumequitatione. et omnibuſ in ea ſitiſ.

Bogonouwe cum ſua circuitione. et omnibuſ in
ea ſitiſ Dobrogozeſdorph cum ſua circuitio-
ne. et omnibuſ in ea ſitiſ; Capella et eiuſ atti-
nentia. et taberna in nabitin. Wiltſin. go-
dechendorph. uilla martini. cum ſuiſ cir-
cuitionibuſ. et omnibus quę ſunt in eiſ; Cra-
iouwe cum ſuo circumequitatu. atque ſitis in
eo Eccleſia beati petri in wrezlawe. et attı-
nentię; Nam bezelinus comeſ tradidit eccleſię.
duoſ boueſ et equum. et uillam iuxta brozte.
ex toto cum agriſ; Nicor tradidit ſorauin cum
agriſ et equabus. XXV. et bubuſ. VI. et tribuſ
uacciſ. cum taberna et ponte iuxta withaue;
Tradidit etiam quod habuit in olbino. et po-
merium et curiam. pratum. agroſ. et de lacu no
num piſcem. et redditum carnificii de trcentiſ
(trecentiſ) denariiſ; Eccleſia beati Stephani in
bitom; Attinentie eiuſ treſ uillę. quarum una
circuitione ſignata eſt. altera uocatur werbeni-
ce: tercia ubrezte. et redditio nona de omni
uſu ad urbem pertinente; Inſuper ego et epiſ-
copus wrezlawenſiſ cirrizlauſ. dotauimus
eccleſiam lubenſem. decimiſ omnibuſ de nouiſ
uilliſ. que nunc ſunt in poteſtate legenicenſi.
et de illiſ. quę deincepſ in ea in omni temporum
ſucceſſu conſtituentur; Confirmationiſ huius teſ-
teſ exiſtunt. miſico dux maximus. et principeſ
cum clero et populo polonię;. Et alia manu. Ego
bolezlauuſ filius bolezlai interfui et aſſenſi.
Ego zwinezlauſ. Ego hierozlauſ. Ego cũ-
raduſ. Ego nadſiowi. Ego ianuſ. Ego ztre-
ſo. Ego petrich. Ego obezlauſ. Ego da-
mezlauſ. Ego bertolfus. Ego bolenenus.

Ego hieronimus cancellarius recognoui. Data super castrum grodiz. anno ab incarnatione domini M. c°. lxx°. v.° indictione viij. Anno autem ordinationis florentij abbatis primo. sub quo addita est uilla bogodani.

Mit kleinem, sehr rohen Siegel, auf gelblichem Wachs, an roth-, grün- und gelbseidener Fadenschnur. Auf dem Siegel ist eine kleine Gestalt, die in der rechten das Schwerdt, an der linken eine Lanze hält. Rund herum steht: † bolezlaus dux zle. Buchstaben und geschnittene Gestalt, beides sehr unbeholfen.

Boleslaus altus I.

II.

Stiftungs-Urkunde des Klosters Leubus, nach ihrer weitläuftigern Ausführung. Erstes Stück. Grodez (Gröditzberg), den 1. Mai 1175.

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Bolezlaus dux zlesie filius primogenitus illustris condam principis wladyzlai maximi ducis zlesie. et cracouie incliteque domine adelheydis filie imperatoris heinrici quarti. Vniuersis christi fidelibus tam futuris quam presentibus. salutem ac prosperitatem uite presentis pariter et future. Quandoquidem uelocitate dierum nostrorum transituri sumus quemadmodum fugere solet umbra et euanescere fumus. consultissimum constat anime saluande pro-

uidere cuius uitam scimus in eternum permanere. Igitur pro dilectione domini nostri ihesu christi liberatoris animarum nostrarum et pro veneracione sancte genitricis eius perpetue virginis marie. ac pro interuentu sancti Johannis babtiste. et sancti Jacobi apostoli. omniumque sanctorum dei. annuente nec non et rogante domino walthero episcopo wratizlauiense et eius capitulo. monachos adductos de portensi cenobio quod est in theotonia super salam fluuium collocaui in loco qui dicitur Lubens. et est in antiqui castri sinu super fluminis odre fluenta vbi prius pauci monachi nigri ordinis resederant. ut ibi in vnitate et communione sancte Katholice ecclesie. sancti benedicti regulam atque Cystercienſis ordinis instituta teneant. in remedium anime mee. ac pro animabus progenitorum affiniumque meorum. Anno ab incarnacione domini. Millesimo. centesimo. quinquagesimo. Quapropter omnes attinencias cenobij Lubensis tam veteres quam nouas in mea defensione comprehendo. et successoribus meis per omne tempus huius seculi tuendas et defendendas sub interminatione ultimi magnique iudicij dei pro solo diuine remuneracionis intuitu recommendo. Si qua ergo spiritualis persona. secularisue potestas. uel quisquam de supanis uel aliis bonis hominibus bona aliqua huic lubensi cenobio iusta donacione. uel deuota oblacione. seu rata cambicione. aut uendicione contulerit. inconcussa et illibata ei semper permaneant. secundum apostolica priuilegia que data sunt Cystercienſi

ordini. in quibus ei confirmatur integritas decimarum de terris ſuis et hominibus. pecudibus ac iumentis. Et quia quod deo dicatum eſt non niſi diuinis legibus ſubiacere debet. Idcirco quicumque homines. cuiuscumque conditionis uel gentis poſſeſſiones huius cenobij coluerint uel ſuper eas habitauerint per abbatem in eis collocati. ſiue poloni ſint ſiue theotonici uel gallici. cuiuscumque eciam iuris. ab omni iure polonico ſine excepcione aliqua. et ab omnibus ſeruiciis. a ſolutionibus et exactionibus. ac uectigalibus. cuicumque debeantur. ſiue principi ſiue caſtellanis. uel ſupariis aliis. ſint in perpetuum liberi et exempti. nec cogantur cuiquam alteri niſi abbati et ſuis fratribus aliquid ſoluere uel ſeruicium aliquod exhibere. Porro tota poſſeſſio eorum omnium que nunc ſunt et in futurum erunt tam in prediis quam hominibus. abbatis et monachorum ſolummodo erit atque dicetur. quia mihi eos aſſumpſi non pro terreno ſeruicio. nec pro agricolis meis uel ſtructoribus. ſed pro litteratis diuinorum celebratoribus. celeſtiumque contemplatoribus et oratoribus meis ad deum. ac pro parentum meorum et ſequatium filiorum. Omnes inſuper homines in bonis clauſtri commorantes. cuiuscunque ſint gentis uel condicionis tam poſteri quam preſentes nulla caſtra uel municiones tenebuntur cuiquam conſtruere. neque ad expeditiones aliquas extra terram ire. neque ad hec ſubuenciones aliquas miniſtrare in uecturis. Pecunia Pecoribus. aut annonis. ſiue coloni ſint ſeu iudices uel ſcholteti ſed medio tempore ad ſeruicium abbatis et clauſtri ſtabunt omnes in propriis expenſis quidquid ipſis preceptum fuerit laborando. Si uero contigerit hoſtilem exercitum terram uelle ingredi. tunc coloni abbatis de uillis pedites. ſcholteti equites ad communem terre defenſionem procedere tenebuntur. Judicium nichilominus de omni cauſa tam capitali quam manus totaliter abbati do. ut ipſe per iudices ſuos tam theotonicos quam polonos omni querelanti iuſticiam faciat in quolibet iure tam ſuis hominibus quam alienis. et quidquid inde ſolucionis euenerit tam pro culpis quam pro penis hoc abbatis et ſuorum iudicum totum erit. Si vero aliqua cauſa tam difficilis fuerit. uel alicuius proteruia ſeu potencia fecerit. quod debito modo per iudices abbatis determinari non poſſit. tunc ad curiam meam uel principis terre deferatur in proximo caſtro. non niſi coram me uel principe terre iudicanda. et eo iure quo is qui inpetitur reſidebit ſiue ſit theotonicus aut polonus uel cuiuscunque gentis ſeu conditionis. ita dumtaxat. quod quidquid pecunie uel rerum de quocumque homine clauſtri pro culparum uel penarum cedere debuerit redemcione iudici uel mihi. uel principi. uel ſupariis. totum ſolius abbatis erit. Nec quiſquam hominum clauſtri per aliquem ſuorum complicium. ſiue alienum quempiam citari debet ad meam uel principis uel aliorum quorumcumque iudicum preſenciam. niſi forte sibi querelanti per iudices abbatis fuerit iuſtitia denegata. neque ſic reſpondere tenebitur. niſi per meam aut principis literam euo-

catus. ſuo tamen iure in quo reſidet reſponſurus. ſolucione culparum et penarum ad abbatem plenarie pertinente. Curie quoque clauſtri quotquot fuerint cum omnibus pertinenciis ipſarum et famulis omni ſupraſcripta fruantur et gaudeant libertate. Jam uero ſubnectitur hic poſſeſſionis deſcripcio. Lubens et attinencie eius. et termini circa odram et ultra tranſitus fluuij eiusdem cum naulo circa lubens. cum ſiluis. agris. pratis. paſcuis. aquis. piſcacionibus. uenacionibus. caſtoribus et mellificiis. atque molendinis cum utilitate que nunc eſt ſuper terram in omnibus prediis clauſtri et que ſub terra eſſe poterit in futurum. nulli de his omnibus debendo aliquam portionem. Item eccleſia ſancti Johannis ewangeliſte. forum cum omni utilitate. et circuicione. cum omnibus in ea ſitis. Tranſitus fluuij cum naulo circa Kozam et uia publica que ducit in chomezam et nouum forum. Bogunoue cum ſua circuicione et omnibus in ea ſitis. Dobrogoſtendorf cum ſua circuicione et omnibus in ea ſitis. capella ſancti Nycholai ante wratizlaue et eius attinencie cum taberna in nabitim et ſcepin. Wilkſino et breſna. Godekendorf. villa martini cum ſuis circuicionibus et omnibus que ſunt in eis. Craieuo cum ſuo circumequitatu atque ſitis in eo. Eccleſia ſancti petri in wratizlaue et attinencie eius. Nam bezelinus comes tradidit eccleſie duos boues et equm et uillam iuxta brozte ex toto cum agris. Micora quoque tradidit ſorauin cum agris et equabus. XXV.

et bubus. VI. ac tribus uaccis. cum taberna et ponte iuxta vidaue. tradidit eciam quod habuit in olbino. pomerium et curiam. pratum. agros. et de Lacu nonum piſcem et redditum carnificij de trecentis denariis. Eccleſia beati stephani in bythom et attinencie eius ſunt tres uille quarum una circuicione ſignata eſt. altera uocatur verbenice. tercia vbrezte. et reddicio nona de omni uſu ad urbem pertinente. Inſuper ego et episcopus wratizlauie zirizlaus dotauimus eccleſiam in dedicacione ipſius. decimis omnibus de nouis uillis que nunc ſunt in poteſtate legnicenſi et de illis que deinceps in ea in omni ſucceſſu temporum conſtruentur. tam in montibus quam in planis. Donacionis autem horum omnium ac confirmacionis teſtes ſunt. Meſiko patruus meus dux maximus et principes cum epiſcopis. et clero ac omni populo totius polonie. et alia manu ego bolezlaus filius huius bolezlai fundatoris interfui et aſſenſi. Ego Jarozlaus alter filius. ego meſico frater eiusdem bolezlai dux de Ratibor et ego Cunradus alter frater dux de Glogov. ego eciam Zuinezlaus. ego Nadſciwi. ego Streſo. ego Janus. ego petrek. ego obezlaus. ego domazlaus. ego bertolfus. ego bolenews. et ego Jeronimus cancellarius recognouimus. Hec autem confirmacio et conſcripcio ac ſigillacio facta eſt ſuper caſtrum Grodez. Anno ab incarnacione domini noſtri iheſu chriſti. M°. C°. Lxxv. In feſto beatorum apoſtolorum phylippi et iacobi. Indictione octaua. Tunc quoque addita eſt uilla

Bogudani. amen. Anno primo ordinacionis Florencij abbatis Lubensis.

An grün-, roth- und gelbseidener Fadenschnur hängt das Siegel des Herzogs in braunem Wachse. Der Herzog reitet, verhelmt und bewaffnet, von der Rechten zur Linken auf einem galopirenden Apfelschimmel, in der rechten gepanzerten Hand ein Fähnlein haltend. Umschrift: † BOLZLAVS. DI. GRA. DVX. ZLESIE. CRACOVIE. ET. POLONIE. Der Abdruck ist nicht ganz deutlich. Es ist dasselbe Siegel, welches bei 8 vorkommt, und welches in Eisen gegossen erschienen ist.

Boleslaus altus I.

III.

Stiftungs-Urkunde. Zweites gleichlautendes Stück. Abweichungen. Die Zahlen beziehen sich auf II.

3. quondam. 4. et cracouie fehlt. 5. heynrici.
8. Quamquidem, der Abkürzung nach zu lesen.
15. uirginis.
18. et vor rogante fehlt. 19. wratisl... 21. theutonia.
22. fluuium collocatum, in loco.
25. unitate. 26. catholice. 30. anno.
30. millesimo. 32. lubensis. ueteres.
35. tuendas, fouendas et defendendas.
39. suparijs. alijs. 44. cystercienſi.
55. a fehlt. exaccionibus, araturis ac uect
57. castellano. alijs.
60. soluere, ducere, arare, uel seruicium.

60. aliquod facere, aut exh. 61. Porro omnes possessiones eorum, que. 62. erunt atque dicentur.
64. michi. 66. pro sacerdotibus et litteratis.
66. diuinorum officiorum celebr.
69. filiorum meorum. 72. mihi tenebuntur uel cuiquam successorum meorum const.
74. aliquas. 75. pecunia, pecoribus.
77. sculteti. 78. seruitium. 82. sculteti.
84. tam capitis quam manus.
85. abbati et monasterio do. 86. theutonicos.
87. querulanti. 89. quidquid solucionis inde euenerit.
91. uero. 93. exegerit für fecerit.
95. principis, qui pro tempore fuerit causa deferatur.
103. mihi seu principi. supariis nichil dabunt sed totum solius abbatis et monasterij lubensis erit. 104. nec.
108. querulanti. 109. iusticia.
112. solucione penarum pro culpis ad abb.
114. pertinentijs. 115. suprascripta gaudeant libertate, que omne ius et dominium ad me et ad successores meos pertinens ipsi abbati et cenobio lubensi do, atque trado, Uerum, ne secundum canibus dari uideatur: absoluo cenobium lubens et omnes curias et possessiones eius, que subnectuntur ab omni conseruacione equorum, canum, falconum, aucupum, venatorum, ne res deo date, usu nephario consumantur sed tammodo in sacerdotum et clericorum usus ministrentur qui cottidie in cenobio deo ser-

uire debent pro mea meorumque ſalute exorantes. Jam uero.
117. Lubens forum.
119. naulo ſuo (circa lubens fehlt). 120. ſiluis, pratis, agris, paſcuis.
123. predijs. 124. hijs.
126. forum bis ſitis fehlt.
128. tranſitus odre circa koze cum naulo ſuo et uia.
131. dobrogoſtendorf. circuicione fehlt, und iſt vergeſſen worden, weil es gerade am Anfang der Zeile ſtehen ſollte.
134. nabitin. 136. wylkſino. godkendorf.
137. omnibus fehlt.
137. crayewo, cum bis eo fehlt.
139. wroczlaue. 140. nam.
142. brozecz. mychora. 143. ſorawyn.
144. et ſex bubus. vaccis.
145. wydaue. quod habuit pomerium in olbino.
147. lacu. 148. denarijs.
148. eccleſia ſancti ſtephani.
151. werbenicze. ubrezcze. 152. noua für nona.
153. wrocziſlauie zyriſlaus.
160. meſcho.
163. boleſlaus. boleſlai.
164. Jaroſlaus. 165. meſcho. boleſlai. 166. Raczybor.
166. conradus. 167. glogou. zuineſlaus.
168. nadſciw. ſtreſo. 169. obeſlaus.
169. domaſlaus. 170. boleneuus.
173. groczecz.
174. milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto.
174. in. 175. jacobi.
176. Indiccione. viij. tunc. 177. bogdani.
178. florencij.

Das Siegel iſt in rothem Wachs, und hängt an roth- und gelbſeidenen Fadenſchnüren. Es iſt ganz wie das unter II, aber beſſer erhalten und deutlicher.

Boleslaus altus I.

IV.

Stiftungs-Urkunde. Drittes gleichlautendes Stück. Abweichungen. Die Zahlen beziehen ſich auf die Urkunde unter II, und iſt auf III keine Rückſicht genommen.

3. Wladizlaj. 4. Cracouie.
5. Adelheidis. Heinrici.
15. uirginis Marie. 16. Sancti.
24. ubi.
25. unitate.
26. katholice.
32. lubenſis.
33. ueteres. 35. interminacione.
39. vel. vel alijs. 40. vel.
49. cuiuſcumque. 55. ſeruicijs.
57. ſuparijs alijs.
60. aliquit. 64. michi. aſſumſi.
68. oratoribuſ. 74. aliquas.
75. pecunia. 76. pecoribus. 77. ſet.
79. proprijs. quicquit.
82. ſcholtheti. 89. quicquit.
91. uero. 92. vel. 95. vel.
95. uel terre principe.

100. quicquit. 102. redempcione.
103. michi. ſuparijs.
108. ſibi. 109. iuſticia.
112. ſalua ſolucione. 115. ipſorum.
118. tranſitus bis lubens fehlt.
123. predijs. 124. hijs. 125. portionem.
128. Tranſitus fluuij cum circuicione et omnibus in ea ſitis. (Man ſieht hier deutlich die Verſtümmelung durch Nachläſſigkeit des Schreibers; denn an dies ſchließt ſich gleich:) Bogunoue.
133. Capella. Nicolai.
135. Vilkſino. 136. Villa.
139. Petri. 145. Tradidit.
147. lacu. 148. denarijs.
149. Stephani in bytom.
160. Meſico. 162. tocius.
165. Ego meſico. eiuſdem.
166. Ego. Das ego bei den folgenden Namen iſt eigentlich kein großes, ſondern nur ein kleines aber größer gezogenes e.
170. Jheronimus. recongnouimus.
174. Lxxv°. in. 175. philippi et Jacobi.
177. villa bogudanj — A-m-e-N.
178. Florentij.

In Hinſicht der Siegel iſt dieſe Urkunde überaus wichtig, und man möchte ſie darnach für die hauptſächlichſte erklären. Die Reihenfolge, in welcher aber dieſe Urkunden hier ſtehen, gründet ſich auf eine alte Annahme, die bei der Anordnung im Kloſter Leubus ſelbſt obgewaltet hat.

An dieſer Urkunde hangen drei Siegel, ein jedes an einer ſeidenen Fadenſchnur von grüner, rother und gelber Farbe. Alle drei ſind in rothes Wachs gedruckt. Das erſte

iſt klein, und deutlichſt der ſeltene Abdruck eines Degenknopfes. Ein geharniſchter Mann mit einem bis über die Knie reichenden Waffenhemde, in der rechten erhobenen Hand einen Speer, am linken Arm einen dreieckigen, unten ſpitzen Schild haltend, auf dem ein Adler zu ſein ſcheint. Auf dem Kopfe hat er einen Herzogshut. Umſchrift: MESICO DVX MAXIM.

Das zweite iſt das Siegel des Herzogs Boleslaus, aber ein anderes, als an den Urkunden II und III hängt. Ein Ritter gallopirt von der linken zur rechten Seite, das Geſicht iſt frei, und bloß eine Panzerkappe ſcheint er auf zu haben, über den rechten Schenkel flattert lang der Waffenrock nieder. Der rechte Arm iſt gepanzert und mantelfrei, in der rechten Hand hält er einen kleinen kurzen Speer, an dem eine lange Fahne, mit drei Schlitzen am Ende, flattert. Am Halſe hängt das Schild, nach unten ſpitz, auf dem ein halber Mond ſteht, über welchem ein Kreuz, wie es ſcheint (nicht ein Adler). Umſchrift: †. SIGILLVM. BOLEZLAI. DEI. GRA. DVCIS. ZLESIE. Das Siegel iſt lange nicht ſo gut gearbeitet, als das an II und III, aber doch nicht unkünſtlich. Hinten iſt ein großes liegendes Kreuz × eingeſchnitten.

Zuletzt das längliche Siegel des Biſchofs. Er ſitzt auf einem Stuhl, deſſen Seiten-Lehnen Hunde- (oder überhaupt Thier-) Köpfe, welche das Maul aufſperren. Auf dem Kopfe eine einfache Biſchofsmütze, die rechte Hand zum Segnen erhoben, in der linken den Krummſtab. Umſchrift: †. SIGILLV. ZIRIZLAI. WRATIZLAVIENSIS. EPI: Gut erhalten.

Mifiko, dux Poloniae.

V.

Beſtätigung, daß die Güter Bogunowo und Dobrogoztowo gegen Zlup vertauſcht werden können. Knizen (Gneſen), den 26. April 1177.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Mifico diuina fauente clementia dux tociuſ polonię. florentio abbati lubenſiſ monaſterij. et uniuerſiſ fratribuſ ibidem deo regulariter famulantibus. intimam dilectionem et omne bonum. Retributioniſ diuine reſpectu. iuſta religioſorum peticio compleri debet. proſequente pio deuotioniſ effectu. Quapropter dilecte nobiſ pater florenti. rogatu tuo et conuentuſ tuj. confirmamuſ coram principibuſ terrę noſtrę. tam ſpiritualibuſ quam ſecularibuſ. concambium quod feciſti. conſenſu fratrum tuorum. et aduocati abbatię tuę. bolezlawj zleſię duciſ. cum conrado. et moyco. ſtoygnewi fratribuſ. ut neque ab altera neque ab utraque parte unquam ſolui poſſit. unde ſtabilitatiſ fides ab utraque parte data eſt. Maneant itaque conrado et moyco. ſub ſtabili et integra in perpetuum poſſeſſione. due uille. bogunowo et dobrogoztowo. cum circuitionibuſ ſuiſ et omnibuſ attinentijſ. quę datę ſunt illiſ in iſta cambitione. Maneat abbati et fratribus. ſub ſtabili et integra in perpetuum poſſeſſione. locuſ qui uocatur Zlup. cum circuitione ſua et omnibuſ attinentijſ. quia datuſ eſt illiſ in iſta cambitione. Si qua uero ſpiritualiſ perſona

ſeculariſue poteſtaſ. cambitionem iſtam temptauerit euacuare. uel bona de quibuſ cambitio facta eſt in utralibet parte. occupare. tenere. minuere. ſeptuaginta marcaſ argenti puriſſimi componat. quarum duaſ parteſ nobiſ in fiſco perſoluat. unam illiſ quorum temerata fuerit poſſeſſio. ita tamen. ut reſtituantur priſtiniſ poſſeſſoribus quecunque peruaſa fuerint a direptoribuſ. Porro ad complendam plenioremcorroborationem preſentiſ priuilegij ſignauimuſ manu noſtra hanc paginulam per inpreſſionem ducaliſ anuli (?). Sequitur deſcriptio teſtium qui preſenteſ interfuerunt ſtatuti iſtiuſ confirmationi Bolezlauſ dux. Kazemiruſ dux. Mifico iunior dux. lizſtek dux. Hij duceſ polonorum. Bogezlauſ dux pomeranie. Liſdek archiepiſcopus knizenenſiſ. lupuſ mazowenſiſ epiſcopus. Cirolaus epiſcopus wrelawenſiſ. lodimiruſ. Sira. Habraham. Javor. Stomir. Stephanuſ. Pribezlauſ. Adelbertuſ. Jaxon. Vizlau. Marl. Bozota. Obezlau. Baram. Barſ pomeranuſ. Et alij multi qui interfuerunt colloquio knizenenſi. Data anno ab incarnatione domini M°. c°. lxx°. vij°. Indictione x^a. vi°k. maij. in metropoli knizen.

Mit kleinem Siegel an roth-, grün- und gelbſeidenen Fäden, der Abdruck des Siegelringes, auf dem ein Mann zu Ros ſichtbar iſt, mit gezogenem Schwerdte, das er über dem Kopf zu halten ſcheint, der von der linken zur rechten Seite reitet. Rund herum Buchſtaben, von denen nur ſichtbar: Meſ...

Boleslaus altus I.

VI.

Der Herzog Boleslaus wiederholt seine Stiftung des Klosters Leubus, und bestätigt die Güter. Legeniz (Liegnitz), den 29. September 1178.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Boleslaus dux zlesie filius primogenitus jlluſtris quondam principis wladislai maximi ducis zlesie incliteque domine adelheydis filie imperatoris heynrici quarti. Vniuersis christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem ac prosperitatem vite presentis pariter et future. Quamquidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus quemadmodum fugere solet vmbra et euanescere fumus. consultissimum constat anime saluande prouidere. cuius vitam scimus in eternum permanere Igitur pro dilectione domini nostri ihesu christi liberatoris animarum nostrarum. et pro veneracione sancte genitricis eius perpetue uirginis marie ac pro interuentu sancti johannis baptiste et sancti iacobi apostoli. omniumque sanctorum dei annuente necnon rogante domino walthero episcopo wratislauiensi. et eius capitulo. monachos adductos de portensi cenobio. quod est in theutonia super salam fluuium collocatum. in loco qui dicitur lubens et est in antiqui castri sinu super fluminis odre fluenta ubi prius pauci monachi nigri ordinis resederant. vt ibi in vnitate et communione sancte catholice

ecclesie sancti benedicti regulam atque Cysterciensis ordinis instituta teneant. in remedium anime mee. ac pro animabus progenitorum. affiniumque meorum. anno ab incarnacione domini. millesimo. centesimo. quinquagesimo. Qua propter omnes attinencias cenobij lubensis. tam ueteres quam nouas in mea defensione comprehendo. et successoribus meis per omne tempus huius seculi tuendas. fouendas. et defendendas sub interminacione ultimi mangnique (?) iudicij dei pro solo diuine remuneracionis intuitu recommendo. Si qua ergo spiritualis persona. secularisue potestas uel quisquam de suparijs. vel alijs bonis hominibus bona aliqua. huic lubensi cenobio. iusta donacione uel deuota oblacione. seu rata cambicione. aut vendicione contulerit. inconcussa et illibata ei semper permaneant. secundum apostolica priuilegia que data sunt cystercienſi ordini in quibus ei confirmatur integritas decimarum de terris suis et hominibus pecudibus et iumentis. Et quia quod deo dicatum est non nisi diuinis legibus subiacere debet. Idcirco quicumque homines. cuiuscumque condicionis. uel gentis. possessiones huius cenobij coluerint. uel super eas inhabitauerint. per abbatem in eis collocati. siue poloni sint siue theotonici. uel gallici. cuiuscumque eciam iuris. ab omni iure polonico sine excepcione aliqua et ab omnibus seruicijs Solucionibus pecuniarijs exaccionibus. araturis ac vectigalibus cuicumque debeantur. siue principi siue castellano uel suparijs alijs sint in perpetuum liberi et exempti. nec cogantur cuiquam alteri.

niſi abbati et ſuis fratribus aliquid ſoluere. dare. ducere. arare. uel ſeruicium aliquod facere aut exhibere. Porro omnes poſſeſſiones eorum que nunc ſunt. et in futurum erunt tam in predijs quam in hominibus. abbatis et monachorum ſolummodo erunt atque dicentur. quia michi eos aſſumpſi non pro terreno ſeruicio. nec pro agricolis meis uel ſtructoribus. Sed pro ſacerdotibus et litteratis. diuinorum officiorum celebratoribus. celeſtium contemplatoribus et oratoribus meis ad deum. ac parentum meorum et ſequacium filiorum meorum. Omnes inſuper homines in bonis clauſtri commorantes. cuiuscumque ſint gentis uel condicionis. tam poſteri quam preſentes. nulla caſtra uel municiones mihi tenebuntur uel cuiquam ſucceſſorum meorum conſtruere. neque ad expediciones aliquas extra terram ire. neque ad hec ſubuenciones aliquas miniſtrare in uecturis. pecunia. pecoribus. ac annonis ſiue coloni ſint. ſeu iudices uel ſculteti. sed medio tempore ad ſeruicium abbatis et clauſtri ſtabunt omnes in propriis expenſis, quidquid ipſis preceptum fuerit laborando. Si uero contigerit hoſtilem exercitum terram uelle ingredi. tunc coloni abbatis. de villis pedites. sculteti equites ad communem terre defenſionem procedere tenebuntur. Judicium nichilominus de omni cauſa. tam capitis quam manus. totaliter abbati et monaſterio do. ut ipſe per iudices ſuos. tam theutunicos quam polonos. omni querulanti iuſticiam faciat. in quolibet iure. tam ſuis hominibus quam alienis. Et quidquid ſolucionis inde euenerit, tam pro culpis

quam pro penis. hoc abbatis et ſuorum iudicum totum erit. Curie quoque clauſtri quotquot fuerint cum omnibus pertinencijs ipſarum et famulis. omni ſupraſcripta gaudeant libertate. quia omne ius et dominium. ad me et ad ſucceſſores meos pertinens. ipſi abbati et cenobio lubenſi. do. trado ac reſingno. Uerum ne ſanctum canibus dari uideatur. abſoluo cenobium lubens et omnes curias. villas et poſſeſſiones eius que ſubnectuntur. ab omni conſeruacione equorum. canum. falconum. aucupum. venatorum ne res deo date uſu nephario conſumantur. ſed tantummodo in ſacerdotum et clericorum uſus miniſtrentur qui cottidie in cenobio deo ſeruire debent pro mea meorumque ſalute exorantes. Jam vero ſubnectitur hic poſſeſſionum ac hereditatum deſcripcio. Cum jure patronatus eccleſie forum lubens et omnes attinencie eius cum omni vtilitate et plenaria libertate in quo panum. carnium. tabernas quotquot eis vtilia videbuntur maccella poſſunt collocare mercandi. vendendi ſecundum quod nouiforenſes utuntur omnimoda frui debent libertate et idem forum lubens. iure teutonico plenam ipſis quando voluerint locandi preſto facultatem Item fluuium odre et termini circa odram cum vtroque littore et vltra tranſitus fluuij eiuſdem cum naulo ſuo. cum ſiluis. pratis. agris. paſcuis. aquis. piſcacionibus. venacionibus. caſtoribus et mellificijs. atque molendinis cum omni iure meo ducali cum omni dominio cum omni libertate cum omni vtilitate. que nunc eſt ſuper terram in omnibus Bonis et

Wojewódzka Biblioteka Publiczna CZYTELNIA w Opolu

predijs clauſtri. et que ſub terra eſſe poterit in futurum nulli de hijs omnibus debendo aliquam porcionem. Item duas villas meas Moyges. maiorem et minorem. cum iure patronatus eccleſie. et cum omni iure meo ducali. cum omni dominio. cum omni libertate. cum omni iudicio. vtilitate et fructu ſuper terram et in terra cuiuscumque minere. cum exaccionibus. Cenſibus. ac omnibus pertinencijs. ſecundum quod in metis et grenicijs ſuis. ab antiquo fuerunt et ſunt diſtincte abbati lubenſi et conuentui ſuo trado confero et reſingno Item tranſitus odre circa koſe. cum naulo ſuo et via publica que ducit in chomezam et vlterius in nouum forum. Item Bogunow. Dobrogoſtendorf. Godekendorph. mertinſtorph. wilkſin et breſina. cum omnibus ſuis circuicionibus et attinentijs. ſecundum quod in metis et grenicijs ſuis limitate ſunt et diſtincte cum agris cultis et incultis. pratis. paſcuis. paludibus. Siluis. mericis. lingnis. rubetis. mellificijs. aquis. aqueductibus. riuulis. molendinis cum cenſibus et prouentibus. cum omni iure meo ducali. cum omni dominio. cum omni libertate. cum omni vtilitate cum omni iudicio. manus et capitis abbati et conuentui lubenſi trado confero et reſingno. ita vt ammodo nullus iudicum uel ſupariorum meorum uel poſterorum meorum. nichil iuris ſeu iudicij. nec mandati habebunt. nec habere debent. in omnibus villis. hereditatibus. poſſeſſionibus. Bonis predictis que nunc habent uel in futurum a meis ſucceſſoribus ſeu alijs chriſti fidelibus habere poterunt. Sed omnia iura. iudicia ex quibuſcumque cauſis. wlnerum et mortis. ad abbatem et iudices monaſterij pacifice perpetue debent pertinere. iudicibus meis et omnium poſterorum meorum irrequiſitis. nichil michi nec omnibus poſteris meis. quidquam iuris. iudicij. dominij ſeu precepti penitus reſeruando. in dictorum monachorum predijs atque bonis. Et hec omnia et ſingula ſucceſſoribus meis integra et illibata ſemper in omne ſeculum ſouenda et conſeruanda ſuper eorum animas recommendo. Verum ne quis in poſterum hec infringere auſu temerario preſumat et ne quis res uel poſſeſſiones prefati monaſterij quolibet modo vi uel fraude diminuat. Sigilli mei ea communiui inpreſſione. et appenſione ad preſentem paginam adhibitis ydoneis teſtibus quorum nomina ſunt hec. Boleſlaus et Jaroſlaus duces filij mei. et Boleſlaus dux de Ratibor et Conradus frater eius dux de glogou. zuineſlaus. Janus. Obeſlaus dapifer. et Jeronimus Cancellarius meus qui preſentia habuit in commiſſo. Johannes et Theoderetus Capellani mei Stephanus Caſtellanus de legenitz fredericus caſtellanus de ſagan. et alij quam plures nobiles viri clerici et laici. Acta ſunt hec publice et data in legenitz Anno ab incarnacione domini. milleſimo. centeſimo. ſeptuageſimo Octauo in die beati mychahelis archangeli.

Gurkewitz in Breſl.

Großes Siegel in rothem Siegelwachs, wie bei II, an roth- und gelbſeidener Fadenſchnur, die aber beinahe ganz verdorben iſt, hangend.

Innocentius Papa III.

VII.

Papst Innozenzius bestätigt die dem Kloster Leubus verliehenen Güter. Signie 10. August 1201.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis ... Abbati et fratribus Lubensis Monasterii Cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios et assuete pietatis officio propensius diligere consueuit. et ne prauorum hominum molestiis agitentur. eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilectj in domino filij nostris iustis precibus annuentes. personas et Monasterium uestrum cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis deo propitio poterit adipisci. sub beati Petrj et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem vilas (?). Lubens. Ruzke. Radtaj. Zagorizs. Oprowe. Clifor. vrasd. villam bogudanj. Godekendorp. Zolp. Jaroslav cum omni utilitate. Wrezt. villam bartolomej, cum omnibus pertinentiis et decimationibus suis. a dilectis filiis Nobilibus uiris Bolezlao. Duce Zlesie. et. H. eius filio intuitu pietatis Monasterio uestro concessas. Wilczin cum ponte et taberna. villam andree, villam Martinj. Decimam in polirit. villam iuxta prozton. cum pertinentiis suis. a Berzelino comite uobis in helemosinam assignatam. Mediestatem uille iuxta Sorawin cum pertinentiis suis. Taberna et ponte. iuxta Widav. In Olbino. pomerium. Curiam. pratum. agros. de Lacu Nonum piscem. et Redditum Carnificij trecentorum denariorum. ab. M. Comite Monasterio uestro pro anime sue salute donata. et alia iura uestra. sicut predicta omnia iuste ac pacifice possidetis. uobis et peruos (? per uos) monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scriptj patrocinio communimus. Preterea Libertates et immunitates Ordinj uestro concessas. ratas haberj uolumus. et precipimus inuiolabiliter obseruarj. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et Confirmationis infringere. uel ej ausu temerario cotraire (?). Si quis autem hoc attemptare presumpserit. indignationem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Signie IIIj Idus augusti. pontificatus nostrj anno Quarto.

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die bleierne Bulle. Einerseits die beiden Köpfe der Apostel mit Punkten rundum, zwischen ihnen ein langes Kreuz, darüber: SPASPE. Rückseite: INNOCENTIVS PP. III.

Boleslaus altus.

VIII.

Gründung der nachherigen Probstei Kasimir, durch Schenkung von 1000 Mansus. o. O. 11. November 1201.

IN nomine domini ameN .:. Ne cum tempore trafeunte (?) tranſeant a poſterorum noticia que fuerint temporaliter facta et ordinata literarum debent perhennari teſtimonio et a ſtipulacione proborum hominum roborari. Idcirco ego Bolezlaus dei gracia dux zlezie, filius illuſtris quondam et maximi ducis wladyzlai declaro preſenti pagina preſentibus ac futuris chriſti fidelibus uniuerſis. quod uenerande memorie dominus Zyrizlaws quondam epiſcopus wratizlawie pio deuotionis affectu et ad meam ac baronum meorum peticionem. cum vnanimi et pleno conſenſu capituli ſui cenobium Lubenſe quod ego fundaui dotauit omnibus noualibus decimis uillarum nouarum et agrorum in toto territorio legnicensi. que tunc fuerunt uel eſſe poterant in futurum. tam in montibus quam in plano. Proceſſu uero temporis eodem pio patre uiam uniuerſe carnis ingreſſo. filius meus Jarozlaus tunc dux de opol ſibi in epiſcopatu ſuccedens. ſicuti contra me patrem ſuum non filialiter egit in multis cum aput auunculum meum heinricum quintum imperatorem cum meo exercitu in expedicione in lombardia per triennium conſiſterem. ſic quoque contra fundationem meam lubenſe cenobium conſurgens. donationem prefatam decimarum noualium potencialiter irritauit. Quem cum ego ad propria reuerſus ſuper eis commonerem. reſpondit ſe uelle ſatiſfacere ordini ſed non clauſtro lubenſi. Vnde uocatis aliquot fratribus de porta contulit eis mille manſos magnos in diſtrictu ducatus ſui circa metas morauie inter duo flumina Ozoblogam videlicet et stradunam cum omni decimatione inter eadem flumina uſque ad Odram fluuium quem influunt et eos ibi in loco quem appellauit Jerozlaue collocauit. Eo autem defuncto et poteſtate terre ad me reuerſa. Portenſis conuentus. illiusque abbas. contuentes cenobij mei lubenſis iniuriam et preiudicium manifeſtum. per ſanctionem quoque generalis capituli quod interpellaui. prefatam donationem filij mei meo cenobio Lubenſi de meo conſenſu totaliter reſignarunt in refuſionem decimarum noualium predictarum. Qua propter ego eoſdem mille manſos. cum omnibus attiencijs ſuis. videlicet. aquis. pratis. agris. ſiluis. mellificiis. decimis ut prius fuerunt. et cum omni libertate cenobio lubenſi trado et confirmo in poſſeſſionem legittimam et eternam. Acta ſunt autem hec. anno domini milleſimo ducenteſimo primo. tercio Idus Nouembris. Indictione quarta. ateſtantibus probis et fide dignis viris. Videlicet. domino Cypriano epiſcopo Wratizlauienſe et canonicis eius. Benico decano. Egydio archydiacono. Johanne cantore. Magiſtro odone. Martino cancellario. felice. Mathya. fryderico. Laurentio et lamberto. Item Andrea Caſtellano glogouienſe. Nonkero caſtellano de Bolezlauez. ſtephano

Wojewódzka Biblioteka Publiczna Opole

castellano de Legniz. Ingrammo castellano de wratizlaue. Vojzlao iudice curie. Schanztoborio castellano de Zandowel. et aliis quampluribus uiris nobilibus et honestis. AmeN.

An rothseidener Fadenschnur hängt das rothwächserne, sehr wohl erhaltene Siegel des Herzogs Boleslaus, wie bei II und III.

Boleslaus altus.

IX.

Zweites Stück gleichen Inhalts. Abweichungen von dem vorigen.

2. transeunte.
4. litterarum perhennari debent testimonio.
6. Zlesie.
7. condam. Wladizlai.
10. Zirizlaws. condam.
10. wratizlauie. 11. deuocionis.
12. unanimi.
22. apud.
23. inperatorem.
25. fundacionem.
33. ozoblogam. Stradunam.
35. odram.
36. quem Jarozlaue appellauit pro fundando cenobio collocauit.
38. portensis.
39. Lubensis.
42. lubensi.

50. M°. cc°. primo iij° idus.
51. iiija. Atteſtantibus.
53. uiris. Cipriano. canicis (?).
54. Egidio archidyacono.
55. Mathia. 56. friderico. Laurencio.
57. castellano. 58. bolezlauez.
58. Stephano. legniz. 59. voizlauo.
60. Zandovel et alijs. 61. viris.
61. ac. 62. A — m — e — N.

An roth- und gelbseidener Fadenschnur das Siegel in rothem Wachse, wie bei IV.

Cyprianus Wratislauiensis episcopus.

X.

Cyprian, Bischof von Breslau, bestätigt dem Kloster Leubus alle Besitzungen, und fügt neue Schenkungen hinzu. Wrozkavia (Breslau) o. T. 1202.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis; Cyprianus dei gratia wratizlauiensis episcopus; Quoniam ex officio Pontificali subditarum nobis ecclesiarum curam gerimus. earum utilitati quo adualemus insudare parati sumus; Venienſ igitur ad nos dilectus filius noster abbas lubensis conradus. cum fratribus sibi commissis humili precum instantia postulauit. quatinus decimam quam predecessores nostri eidem contulerunt ecclesie nos priuilegij nostri subscriptione et

figillj inpreſſione communiremus. Noſ uero iuſtis peticionibus eorum annuenteſ. Ratam donationem anteceſſorum noſtrorum habentes auctoritate noſtra roboramuſ. Hee ſunt igitur decime ad ſanctum iacobum pertinentes. Vglinau. Zlaucowe. lubenſi. Stutſcou. ad ſanctum iohannem. Vconar. Motſidliza. Vpanica Iaſſouiz. Nakeſru Vbalca. Ad ſanctam mariam. Vyelanef. Moianlitz. Wolouo. item Wolouo. Grodanou. Zagoritſ. Ruſke. Dunino. Janouichi. Craiouo. Slup. Barhleuichi. paruum Maluts. Polchouiz. Chelmetz. Vmalna. Vquatka. Godcouo. Ruſinouiz. Gneuomir Viaſd. Bogdanouo Wilcſin. villa bartolomei. Ad ſanctum petrum de urozlau. Polariſce. Sarawin. Olpinou. Nos quoque pro remedio anime noſtre conſentiente capitulo ſuperaddimus hec. Vgodke bruchatego. Zleſke camararium. In moyanſitz quatuor uncoſ. In grodenou treſ uncoſ. In conar dimidium uncum. Sane omne iuſ decimarum de uillis ad prefatum monaſterium pertinentibus que nunc et in omni ſucceſſu temporum ineſſe poterunt. ſcripti noſtri auctoritate firmamus. et eaſ fanaſ et inconcuſſas fratribus inibi ſeruientibus affignamuſ. Et ut hec rata permaneant ſigilli noſtri inpreſſione ſub iuncto anathematiſ firmiſſime confirmamus. Adhibitis idoneis teſtibus quorum nomina ſunt hec. Dux henricus. Abbas de ſancta maria Alardus. Abbas de ſancto uincentio. Gerardus. Martinus cancellarius. Benec decanuſ. Johannes cantor. Egidius. Mathias. felix. Odo. Moyſes cellerarius lubenſis. Budiuoy. Petrus. Jarach. Jan. Voyzlaus. Pribizlaus. Stephanus. Preczlaus. Januſ. Vitozlaus. bodardus. Paulus. Stephanus. henricus. Jaſcocel. Varmundus. lambertus. Laurentius capellanus ducif. Vitalis; Facta sunt hec in Vrozlauia in monaſterio ſancti iohannis. Anno ab incarnatione domini. Milleſimo. ducenteſimo. ſecundo. Indictione. quinta. Epacta xxv. Concurrente. I.

An violet- und weißſeidener Fadenſchnur, mit einigen rothen Fäden, hängt das alte Siegel in rothem Wachs. Ein ſtehender Biſchof, der in der rechten Hand den Krummſtab hält, in der linken trägt er ein aufgeſchlagenes Buch ſeitwärts von ſich fort. Umſchrift: SIGIŁ. CIPR-- WRATIZŁ EP'I. Die Geſtalt des Siegels iſt eirund, und oben ſo wie unten ſpitz zugehend.

Heinricus I.

XI.

Herzog Heinrich beſtätigt die Stiftung des Kloſters Leubus, von ſeinem Vater unternommen, und fügt neue Geſchenke hinzu. Wratizlauie (Breslau), den 26. Juni 1202.

In nomine domini ameN. Rebus temporaliter geſtis littere ſigillo roborate preſtant inmobile firmamentum. Ea propter ego Hein-

ricus dei et beati Johannis gratia dux zlesie. presentis pagine scripto notum facio presentibus ac posteris christi fidelibus uniuersis quod sollempnis recordacionis inclitus Princeps et dux Bolizlaus condam pater meus contulit deo et beate Marie semper uirgini in lubens et fratribus cystercienſis ordinis inibi deo seruientibus. ipsum lubens cum foro ac suis pertinencijs uniuersis. et ego suam donacionem ratam habens animo uolenti. roboro et confirmo. Et quia uouit ut ubicunque in suo dominio huic uite decederet. quod illius loci ambitus totus cum omnibus attinencijs suis nomine ac iure testamenti. et finalis elemosine sue. in lubens pertinere deberet. ubi sibi statuit sepulturam. huic uoto assensum benequlum commodaui. Qui cum uocante deo in leznize decederet. Anno domini. M°. cc° primo super animam meam michi commisit. ut ipsum cenobium pro amore prosequens uotum suum complerem terminosque uniuersorum possessionum illius dilatarem. et in propria persona circuiens terminos diligenter *metis certis* distinguens communirem. quod eciam quantocius potui curaui perducere ad effectum. et hoc de meo tantummodo. et non alieno. Anno igitur domini M°. cc°. ijo. jn die ascensionis domini circuiui ipsum lubens cum baronibus meis et hominibus circummanentibus. ibidem eciam addidi quedam que michi uidebantur ambitui competere. tam ea quam sortem nomine stuchouo cum aliis sortibus siue uocabulis prefate circuicioni includens. quarum loco kliſſouo recepi circa trebniz. Addidi

preterea in lubens omnes castores qui reperiri possunt in odra a transitu qui cozi dicitur usque ad transitum qui uocatur lubensis. et omnes alios qui reperti fuerint in omnibus alijs aquis eiusdem ambitus quem feci. et lacum juxta Malschiz cum castoribus et uniuersis usibus. nec non ville slupe et incolis eiusdem uille vendendi et emendi ac forum habendi in omnibus sicut in lesnize contuli libertatem. respondens in hoc eidem cenobio et in alijs pro territorio lesnicensi. quo propter frequens iter meum de wratislauie in legniz. et inde illuc redeundo carere non poteram ullo modo. Item dirsicraij circuitum id est slupe cum omnibus attinencijs eius. uidelicet montibus qui uocantur cholme cum nemore suo. hermannesdorf. heinrichesdorf. slupe. Ecclesia villa et curia. Craevo utrumque et beleuiz. quem circuitum filij eiusdem dirsicraij sub patris mei ac multorum nobilium eius testimonio lubensibus pro duabus villis bogunov et zurocena commutauerunt bona uoluntate. commutacionem rite factam plurimi baronum meorum michi prestante relatu. ego denuo circuiui et ut michi utile uisum fuit terminos ampliaui ambitum totum signorum muniens firmitate. Preterea circuitum predij vyazd dicti. quod comes Gneuomir de posarische a patre meo sibi collatum et circuitum memoratis contulit cenobitis. cuius filius Ingramus baro et castellanus meus. eandem collacionem in mea audiencia recognouit. cum multitudine nobilium ac wlgi iterato circuiens metisque muniens reno-

uaui. et quibuſdam pro meo libitu addlitis confirmaui. Item comes bogdan villam de nomine ſuo dictam quam ſibi pater meus dederat et circuiuerat pretaxato donauit monaſterio, que nunc noua curia uocatur ſimiliter ſignis ambiens communiui. Godek eciam ſeruicialis patris mei villam que godcouo dicitur a patre meo pro ſuo ſibi datam ſeruicio cum aſſenſu eiuſdem in lubens contulit. quam ſtephanus caſtellanus meus uice mea cum plurimis circumſedentibus ambiuit. ſigniſque muniuit. Item vilkſino et Breſno ſicut a quibuſdam eidem collata ſunt monaſterio. ita ego in propria perſona cum multitudine nobilium meorum et popularium uicinorum comitatu circuiui et ſub uno diſtrictu ſignis communiui. Capella preterea ſancti Petri in lubens pertinet que eſt in wratizlaue cum omnibus ſuis attinencijs que pro dote ſibi ſunt aſſignata a clauſtri fundacione. videlicet pars ville sorauin. pars territorij olbino dicti. circa wratizlaue que omnia ſicut precepi circuiri ita confirmo. Item pons micore ſuper wydnam iuxta ſumare. et taberna. Item in lubens pertinet carnificium in macellis wratizlaue ſingulis ſeptimanis trecentorum et plurium denariorum. inſuper decima de totali circuicione Poſariſche. Item dominus bartholomeus dyaconus villam emptam a Razon que ſita eſt iuxta boriov. et nunc uocatur ſchoneuelt. in preſencia patris mei et mea multorumque baronum meorum et capellanorum tam patre meo quam me aſſenciente deo et beate uirgini Marie in lubens donauit.

omne ius in ea ſuis filijs abnegans et cognatis. qui eciam preſentes totaliter abrenunciauerunt. Item wilſchek caſtellanus de lubus contulit fratribus in lubens partem oſnetnice que ſita eſt iuxta Croznam. ex parte zarbie. que nunc Guntheresberc et monchedorf uocatur. quam comes ſtephanus caſtellanus d (?) sagan et tribunus Mirozlaus cum uicinia circuiuerunt. uice mea. Preterea frater meus dominus Jarozlaus Epiſcopus wratizlauie tunc dominus de opol contulit portenſibus predium Jarozlaue integraliter cum omni utilitate. Quo uiam uniuerſe carnis ingreſſo. portenſibus inde recedentibus et predio abrenuncciantibus ipſum predium pater meus una mecum lubenſibus contulit cum omni utilitate. et cum omni collata primitus libertate. Addidi eciam ego ſepe dictis fratribus lubenſibus curiam Gerungi prope ſanctum adalbertum in wratizlauie. Omnes ergo has ſupradictas donaciones. reſignaciones. et circuiciones quas ego ipſe circuiui uel circuiri mandaui uice mea eidem loco lubenſi confirmo ratifico incorporo et inuiſcero cum omnibus ſuis pertinencijs. prout in ſuis metis et terminis circumferencialiter ſunt diſtincta. dedi et confirmaui ac proprietatis tytulo irreuocabiliter Adunaui pleno iure ſupremo et infimo. manus et capitis. et omni dominio quiete et pacifice perpetuis annis et ſeculis poſſidendas. tenendas, et in uſus beneplacitos conuertendas. Volo autem ut ſepe nominatas donaciones ſiue reſignaciones ſeu circuiciones ab omnibus exaccionibus. seruicijs. et ſolucionibus. angarijs. et

perangarijs. quocumque nomine cenſeantur libere ſint exempte gaudentes et utentes ea libertate qua alia bona Eccleſtica (?) ſolent perfrui et gaudere. Et quicumque in aliquo hoc in minuerit uel aliquid in iurie irrogauerit. manifeſte contra deum et iuſticiam faciet. et in anime ſue dampnacionem. Preterea quicumque homines poloni uel theotonici. aut alterius gentis. cuiuſcumque fuerint condicionis. liberi an proprij. poſſeſſiones huius clauſtri incoluerint. uel ſuper eas habitauerint. per abbatem in eis collocati quocumque iure. ab omnibus iuribus polonicalibus. et ab omni ſeruicio principum. palatinorum. caſtellanorum. et aliorum quorum libet ſuperiorum. et ab omnibns ſolucionibus. exaccionibus. vegtigalibus. a ſtroza. a ſtan. quibuſcumque nominibus cenſeantur ſint inperpetuum liberi et inmunes. Soli abbati et fratribus ſeruient ac eorum tantummodo inſtabunt operibus et mandatis. Nulla caſtra uel municiones conſtruent. neque ad expediciones aliquas ibunt. neque ad hec ſubuenciones aliquas inuecturis. annonis uel pecunia miniſtrabunt. ſiue iudices ſint. aut coloni uel ſculteti. ſed medio tempore ad ſeruicium clauſtri ſtabunt laborantes quitquit eis ab abbate preceptum fuerit proprijs in expenſis. Nullus eciam hominum clauſtri per aliquem ſuorum complicium aut alienum citabitur ad principis. aut alterius cuiuſcumque iudicis preſenciam. niſi forte quod abſit querulanti per iudices abbatis fuerit iuſticia denegata. nec comparebit. niſi fuerit per literam principis euocatus. ibi tamen ſaluo iure ut premittitur abbatis

reſponſurus. Et hec omnia et ſingula ſucceſſoribus meis integra et illibata ſemper in omne ſeculum fouenda et conſeruanda ſuper eorum animas recommendo. verum igitur ne quis in poſterum noſtrorum ſucceſſorum hec infringere auſu temerario preſumat. et ne quis res uel poſſeſſiones prefati monaſterij lubenſi (?) quolibet modo. vi uel fraude diminuat. ſigilli mei ea communiui inpreſſione et appenſione ad preſentem paginam per manum Martini cancellarij. adhibitis ydoneis teſtibus. quorum nomina ſunt hec. Dominus cyprianus Episcopus wratizlauienſis et canonici eius. Benicus decanus. Egidius archidyaconus. Johannes cantor. Magiſter Odo. dominus felix. dominus Mathias. dominus fridericus. dominus laurencius. et alius laurencius. Item andreas caſtellanus de Glogov. Nenkerus de Bolezlauez. Worzlaus Judex curie Stephanus caſtellanus de legniz. vizlaus de nouo caſtro. Stephanus caſtellanus de sagan. et alij quam plures nobiles uiri clerici et layci. qui cuncti inprecabantur hec ſeruantibus bona a deo. infringentibus uero ſupplicia ſempiterna. Acta autem ſunt hec publice et data in Wratizlauie. Anno domini. Milleſimo. ducenteſimo. ſecundo. In die beatorum martirum Johannis et pauli. Indiccione quinta ... Regnante ... domino ... noſtro ... Jheſu ... chriſto ... in celo et in terra ... nunc et per omnia ſecula ... ſeculorum. AmenN.

Mit großem Siegel an rother und gelber ſeidener Fadenſchnur, in rothem Siegelwachs. Ein Kriegsmann mit

aufgeschlagenem Visir, stehend, mit einem kurzen Oberkleide, und langem, beinahe wie ein Weiberrock oder türkische Hosen aussehenden Unterkleide, in der rechten Hand eine Lanze mit Fähnlein, in der linken den Schild mit dem Kreuze über der Binde oder dem halben Monde. Umschrift: + Sigillv henrici ducis zlesie.

Heinricus I.

XII.

Herzog Heinrich der erste schenkt dem Kloster 500 große Fränkische Mansus, in der Wald- und Berg-Gegend um Cholme, und bestätigt andere Besitzthümer. Glogov (Glogau), den 9. September 1203.

In nomine domini amen. Heinricus diuina fauente clemencia dux zlesie cunctis tenorem presentium comperientibus salutem in domino sempiternam. Duplex beneficium noscimus inpendisse cum donaciones a nobis racionabiliter celebratas eciam per priuilegiorum euidenciam contra decursum temporis et hominum maliciam satagimus communire. Ea propter presenti scripto duximus declarandum presentibus ac posteris uniuersis. quod nos pro remedio anime nostre et progenitorum. ac sequacium nostrorum. contulimus monasterio sancte dei genitricis semperque uirginis marie in Lubens. quingentos mansos magnos franconice mensure. in nemore et in montanis. iuxta montem qui dicitur cholme qui cum silua sua in Slupe

pertinet ab antiquo. Contulimus autem ipsos mansos in hereditatem et proprietatem sempiternam cum omni utilitate et fructu qui nunc in eis est et esse poterit in futurum. tam sub terra quam super terram. cum siluis. et in siluis. et aquis ac uenacionibus sub hac forma. Primo. centum mansos ad peticionem pie memorie dominj Cunradi episcopi condam halberstadensis iam dudum dicto monasterio dedimus. libere et absolute. Deinde alios centum. in commutacione bonorum in Stepin et nabitim ante ciuitatem wratizlauie ad sanctum nicolaum. Item centum in commutacione bonorum in vrance. super fluuium widauam. Item centum pro utroque Craieuo circa Slupe. et pro respectu laboris magni et obsequij quod lubenses fratres nobis in constructione tectorum et campanilis in Trebniz inpenderunt. Item centum sub ea condicione donauimus ut tres prebendarij pauperes pro remedio anime nostre ac patris nostri et filiorum nostrorum sub speciali tytulo nostre elemosine in lubens perpetuo sustententur. Hos ergo mansos large propter petrosa et siluosa mensurari fecimus loca in quibus non est agrorum respectus. et in persona propria magnoque labore. cum multitudine baronum nostrorum ac populi circum sedentis ambientes. signis ac metis fecimus fideliter communiri. Et hec sunt nomina uillarum in eis nuper iure theotonico locatarum. scilicet pomozin. Muchovo. Helmerichesdorf. Sibotendorf. Rudengeresdorf. Rudolfesdorf. Cuncendorf. Jegerdorf.

et Strekenbach. Et de hijs manſis quotquot
noluerit abbas pro ſilua et mellificijs ac paſcuis
reſeruabit ac diſponet per omnia pro clauſtri ſui
utilitate. Et quia quod dei eſt diuinoque cul-
tui mancipatum. incongrue ſubicitur ſeruicijs
aliorum. nec debet aliquomodo perturbari. prop-
terea omnes homines cuiuſcumque ſint gentis uel
condicionis. liberi uel ſeruiles qui ſub abbate re-
ſederint in hijs bonis. uolumus ut ſemper om-
nimoda gaudeant libertate. et fruantur omni im-
munitate ac gratia. ſeruitoribus ordinis cyſter-
cienſis a ſede apoſtolica collata. et quia pater
noſter inclitus condam dux Bolézlaus funda-
tor lubenſis. omnibus hominibus eiuſdem clau-
ſtri. et in predijs illius commorantibus pleniſſi-
me condonauit. et decedens huic ſeculo nobis
ſuper animam noſtram et ſucceſſoribus noſtris
ſuper animas ipſorum in omne ſeculum ſeruan-
dam ac fouendam cum inprecacione maxima di-
uini iudicij commendauit. ſicut et nos noſtris ſe-
quacibus principibus commendamus. videlicet
quod omnes homines clauſtri huius. cuiuſcum-
que gentis aut iuris fuerint nulli omnino homi-
num preſtabunt aliquod ſeruicium. uel ſolucio-
nem uel exactionem. uel ſtrofam uel ſtan. uel
aliquod uectigal. nec caſtra principiſ conſtruent
uel emendabunt aliqua. neque ciuitates. neque
ad expediciones ibunt que fient extra terram.
neque ad has ſubſidium aliquod exhibebunt. ſed
ſolum ad metas terre pro defenſione ipſius. co-
loni pedites. et ſoltheti equites properabunt.
Tempore autem aliarum expeditionum que fient
extra terram. uel municionis ciuitatum ſeu caſtro-

rum laborabunt in opere clauſtri quicquit eis fue-
rit imperatum. Judicium nichilominus de omni
cauſa in hijs manſis et in alijs bonis clauſtri ab-
bati do totaliter tam de capite quam de manu.
ut ipſe per ſuos iudices tam theotonicos quam
polonos. omni querelanti iuſticiam et iudicium
faciat in quolibet iure. tam ſuis quam alienis. et
quicquit inde ſolucionis euenerit tam pro culpis
quam pro penis redimendis. abbatis ſuorumque
iudicum totum erit. Si uero aliqua cauſa tam
difficilis emerſerit. uel cuiuſquam temeritas aut
potencia effecerit quod debito modo per iudices
abbatis terminari non poſſit. tunc ad curiam prin-
cipis diſponatur in proximo caſtro. non niſi co-
ram principe iudicanda. et eo iure in quo is qui
inpetitur reſidebit ſiue ſit theotonicus aut po-
lonus. ita dumtaxat quod quicquit pecunie pro
ſolucione culparum uel penarum de homine clau-
ſtri quocumque ſolui debuerit tunc. due partes
cedent abbati. et tercia ſuparijs curie remanebit.
et hoc propter teſtimonium ac bonum pacis. Nul-
lus eciam hominum clauſtri per aliquem ſuorum
complicium citabitur ad principis uel alterius cu-
iuſcumque iudicis preſentiam niſi forte quod ab-
ſit ſibi querelanti per iudices abbatis fuerit iuſti-
cia denegata. Sed nec per alienum niſi ad ab-
batis iudicem debet citari niſi iuſticia deficiente.
nec ſic comparebit niſi per litteram principis euo-
catus. ſuo tamen iure ut ſupradictum eſt reſpon-
ſurus. ſaluo iure ſolucionis penarum et culpa-
rum ad abbatem pertinente. Verum ne quis in
poſterum hec infringere temerario auſu preſu-
mat. et ne quis res prefati monaſterij. quolibet

modo. vi uel fraude diminuat ſigilli noſtri ea communimus inpreſſione. Adhibitis ydoneis teſtibus quorum nomina ſunt hec. Ciprianus Epiſcopus wratizlauienſis. Benicus decanus. Martinus cancellarius noſter. Egidius archidyaconus. Johannes cantor. Item Andreas caſtellanus de Glogov. Nenkerus caſtellanus de bolezlauezc. voizlaus iudex curie. Stephanus caſtellanus de legnizc. wizlaus caſtellanus de nouo caſtro. Schanztobor caſtellanus de zandouel. et alij quam plures honeſti uiri clerici ac laici. Actum et datum publice in Glogov anno domini M°. cc°. iij°. v°. jdus ſeptembris. Indictione ſexta. amen.

Das Siegel, wie an voriger Urkunde (XI), hängt an grün- und gelbſeidener Fadenſchnur. Es iſt, wie jenes vorige, in rothem Siegelwachs, und ohne Rückſiegel.

Innocentius Papa III.

XIII.

Papſt Innozenz der dritte beſtätigt im allgemeinen die Beſitzthümer des Kloſters Leubus, und nimmt ſie in ſeinen Schutz. Lateran, den 29. März 1205.

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio nobili uiro Henrico Duci polonie. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs uotis et honeſtis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter dilecte in domino fili tuis iuſtis precibus inclinati. Monaſterium lubens quod illuſtris memorie .. pater tuus a fundamentis erexit et prediorum ac reddituum largitione dotauit ſub beati petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem omnes poſſeſſiones et redditus quos Monaſterium ipſum iuſte poſſidet et quiete auctoritate ſibi apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum laterani iiij. kal Aprilis. pontificatus noſtrj anno Nono.

Die bleierne Bulle, wie unter VII geſtaltet, hängt an roth- und gelbſeidener Fadenſchnur.

Heinricus I.

XIV.

Herzog Heinrich ſchenkt dem Kloſter Zehnten und Stein Wachs in Liegnitz; erlaubt ihm außerdem die zollfreie Einbringung von Salz und Heringen aus Pommern, Guben und Lebus, mit näherer Beſtimmung der Menge. Rokitniz, den 11. April 1211.

In nomine ſanctę et indiuiduę trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia dux zle-

ſię. vniuerſis chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris. manifeſtum eſſe uolumus. quod noſ de consilio et conſenſu domini laurentij wratizlauienſis epiſcopi. decimam in legeniz de toto campo zlafno. Sancte Marię in lubens. liberam in perpetuum pro remedio animę noſtrę contulimus. ita duntaxat ut ſiue noſtra ſiue filiorum et ſucceſſorum noſtrorum. ſeu quorumque aliorum aratura ibi fuerit. eadem ſemper decima lubenſi cenobio ex integro perſoluatur. Contulimus preterea eidem cenobio pro remedio animę patris noſtri. xiiiicim. lapides cere. ut iugiter ad ſepulcrum ejus die ac nocte cereus ardeat. hoc ſtatuentes ut de moneta in legeniz ſemper cera eadem perſoluatur. Concedimus inſuper fratribus lubenſibus ſupranominatis. ut ſemel in anno duabus nauibus in pomeraniam pro allecibus. et bis in anno ſimiliter duabus nauibus in gubin uel in lubus. ſine teloneo per totam terram et dominium noſtrum libere uadant. pro ſale ſcilicet afferendo. uel ſi in nauibus ire noluerint ſeu non potuerint. magiſtro cujuslibet curie. xl. currus ad annum pro ſale ſimiliter ſine teloneo per totam terram noſtram ire permittimus. ita ut ſi una uice currus totus. quilibet non habeat. duabus uel tribus uicibus eundo hunc numerum non excedat. vt ergo hec omnia rata et in perpetuum inconuulſa permaneant. preſentem exinde paginam conſcribi. et noſtro ſimul et predictj dominj epiſcopi ſigillo fecimus communiri. Datum anno ab incarnatione domini. M°. cc°. xi°. in rokitniz. iii. Idus aprilis. jndictione quarta decima preſente domno poznanienſis eccleſię

electo paulo. et aliiſ multis nobilibus tam clericis quam laicis.

An rothſeidener Fadenſchnur des Herzogs gewöhnliches Siegel in braunem Wachſe; an blauſeidener Fadenſchnur das Siegel des Biſchofs Laurenzius. Der Biſchof ſitzt auf einem Stuhl mit Thierköpfen, die Rechte zum Segnen erhoben, mit der Linken den Krummſtab haltend; Umſchrift: ✝ SIGILL: LAVRENTII. VRATIZLAVENSIS. EPI: Wohl erhalten dieſes, jenes aber nicht mehr in einem ſo deutlichen Zuſtande.

Boleslaus dux Olsnicenſis.

XV.

Herzog Boleslaus beſtätigt, daß Fridericus Bodes dem Kloſter ſein Gut Tarchinsdorf mit allen Rechten verkauft habe. Lubens (Leubus), den 6. Februar 1213.

In nomine dominj Amen Quoniam ut ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal dej recepturi pro ut in corpore geſſimus ſiue bonum ſiue malum Ideo nos Bolezlaus dux zlezie heres regni polonie et dominus olſnicenſis et kalizienſis ad noticiam perduci volumus poſterorum quod cum nobilis vir dominus fridericus Bodes cum meſſionis extreme pietatis opibus cupiens preuenire pro ſalute anime ſue ac progenitorum ſuorum villam ſuam tarchinſdorff dictam cum odera et littore cum omnibus vtilitatibus rubetis merica mellificijs de conſenſu fratrum

ſuorum domino Johanni Abbatj et Monaſterio lubenſi ſuiſque ſucceſſoribus vendidit et reſignauit cum omnj iure ſupremo et infimo manus et capitis Jure perpetuo poſſidendam Nos igitur huic empcionj fauorabiliter prebentes aſſenſum eam ratam et gratam habentes ac preſentis ſcripti patrocinio prelibatam villam tarchinſdorff confirmamus cum odera et littore cum omnibus vtilitatibus rubetis merica mellificijs cum omnj iure ſupremo et infimo manus et capitis ſecundum quod eſt et fuit ab antiquo in ſuis metis et grenicijs circumferencialiter diſtincta decernentes in perpetuum ipſam villam ad dominum Johannem Abbatem in lubens et ad ſuum monaſterium libere in perpetuum pertinere In cuius rej teſtimonium preſentem litteram conſcribi fecimus et noſtro Sigillo roborari Actum in Lubens ipſo die ſancte dorothee anno dominj Milleſimo CCxiij preſentibus Valtero caſtellano de Retzen Wonſchone caſtellano de Domantz Johanne ſtruca deman Nicolao de ſmolna et friderico dechammer cancellario noſtro et alijs quam pluribus

Braungelbliches Siegel an rother Fadenſchnur. Auf dem Siegel ſichtbar ein Mann, baarhaupt, mit gezogenem Schwerdte in der rechten Hand, das auf der Schulter ruht, in der linken den Schild, worauf der Adler. Auf jeder Seite thurmartiges Gemäuer, und auf jedem ein Mann, der in ein Wächterhorn bläſ't. Umſchrift: † SIGILLVM: BOLEZLAI: DVCIS: SLEZIE:.

Boleslaus.

XVI.

Abweichung von XV, welche mit dieſer Urkunde gleichlautend.

In der vorigen Urkunde fehlen alle Unterſcheidungszeichen, in dieſer zeigt ſich doch einigemal ein Punkt.

2. dei 3. prout 4. Boleſlaus Slezie olzni —
8. diem für cum
10. Tarchinſdorf
13. abbati et mon — 14. Lub —
15. omni 17. fauorabilem
26. ab —
27. rei 29. ſigillo lubens
30. Anno domini 31. CCXIII walthero
31. Reczen 32. wonſchone — demeletcz (für de Domantz) 33. Struka demann

An rothſeidener Fadenſchnur hängt das gelbe Wachsſiegel des Herzogs, ein anderes, als an der vorigen Urkunde. In dem ſpitzbogigen Thore einer Stadt ſteht der Herzog, mit lockigem Haar, den Herzogshut auf, in der rechten Hand das gezogene Schwerdt, an die Schulter gelehnt, am linken Arme den ſpitzen Schild, mit dem Adler darauf; gepanzert, mit weitem Eiſendrath-Aermel am rechten Arme ſichtbar, und einem Wappenrock, der bis zum Knie geht. Auf jeder Seite ein alter Wartthurm; Doppel-Umſchrift: † S. BOLESLAI. DI. GRA. HEREDIS. REGNI. POLONIE. DVCIS. SLESIE. DNI. GNEZNICENSIS. ET. OLESNICENSIS. (Undeutlich, und zur Abzeichnung daher nicht geeignet.)

Laurentius Episcopus Wratislavienſis.

XVII.

Der Bischof und das Kapitel bestätigen dem Kloster Schenkungen von Zinsen, die ihm von dem ehemaligen Bischof zu Halberstadt, Conrad, gemacht worden. Breslau, den 28. Juli 1213.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Laurencius miseracione diuina Wratislauiensis Episcopus Omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem perpetuam in domino. Cum episcopalis interſit officij ad edificacionem Corporis christi id est Ecclesie sollerter intendere. et decorem domus domini vt uarietate distincta refulgeat multipliciter ampliare. non mediocris est honoris et gracie id ad honorem ipsius. cui ministrantes pater honorificat effectu strennue (?) mancipare. Sane hoc agitur. cum plantatur religio. loca collegiata fundantur. In quibus indefesse reboat graciarum accio et uox laudis. Hec est enim vitis fructifera vinea domini sabaoth. Cuius palmites longe lateque deducere ad nos pertinet. vt ad uenena mortifera circumquaque pellenda flores proferat et odores. quam non solum plantare sed et rigare nos oportet. Quod siquidem tunc digne fit. cum non tantum spiritualibus. verum et temporalibus beneficijs sine quibus mortalis hec vita transigi non potest sufficienter amministratur. Ideoque notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris christi fidelibus vniuersis. Quod inspecta pari deuocione

fratrum Ordinis Cystercienſis. in Lubens nostre dyocesis. qui multa religione pollentes. morum honestate prefulgentes. et circa pauperum christi obsequia diligenter intenti. iuxta prophetam eciam suorum vitulos deo iugiter immolant labiorum. et innocentes oracionibus cum assiduis leuantes in celum manus. districtum iudicem incessanter omnium christianorum pro offensis interpellent. Necnon ad preces fratris Conradi Monachi in Sychem quondam Haluerstatensis Episcopi. Omnem decimam villarum subscriptarum de consensu Capituli nostri eisdem fratribus in Lubens donauimus et confirmauimus libere et quiete ac perpetuo possidendam. Cum eadem decima villarum videlicet. In Posarsyzc de viginti duobus mansis. In Schonenuelt de quatuordecim mansis In Conradeswalde triginta quinque mansi. de quibus septem spectant ad Allodium. et tres ad iudicium. In Ingrammi villa triginta octo mansi. de quibus duo pertinent ad iudicium. et de Allodio ibidem. In Rabyn de decem et octo mansis. et forte que wlgariter nominatur oberschar. In Tarnow de quarto dimidio manso. In paruo Pyschyn. de Allodio. ad nos dinoscitur pertinuisse. Justum namque est et apostolice sanccioni consentaneum. vt hij potissimum altarij prouentibus communicent. qui vigilantius altario deseruire probantur. Qui eciam tranquillitati et paci dilectorum fratrum ante dicti Monasterij Lubens in futurum prospicientes. presentis scripti patrocinio confirmamus. ratificamus. incorporamus et inuisceramus. ac proprietatis tytulo irreuocabiliter adunamus do-

nacionem decimarum noualium de toto districtu lygnecensi per dominum Zyroslaum Episcopum Wratyslauiensem predecessorem nostrum domui prefate lubensi factam in ipsius Ecclesie consecracione. Igitur ne quisquam ausu temerario futuris temporibus retractare presumat. vel super huiusmodi donacione et confirmacione legittima sepe nominatum Monasterium molestare. auctoritate dei omnipotentis et beati Johannis Patroni nostri. ac nostra anathemate prohibemus. vt autem pretaxata nostra et Capituli nostri donacio et confirmacio prememoratis fratribus rata stabilisque permaneat. Sigillorum municione videlicet nostro et Capituli nostri fecimus hanc conscripcionem insigniri et ydoneorum testium subscripcione roborari. Quorum nomina sunt hec. Victor decanus. Jacobus archidyaconus. Egidius scolasticus. Egidius canonicus et cancellarius. Alardus Abbas de sancto vincencio et alij quam plures viri maturi et approbati. Datum Anno domini. M°. cc°. xiij°. Indiccione prima. In Curia nostra Wratislauiensi. Quinto kalendas Augusti.

An starken rothseidenen Fäden hangen zwei Siegel, beide auf rothem Wachs in braunem. Das erste zeigt einen sitzenden Bischof, aber Bild und Umschrift sind undeutlich geworden. Das andere enthält den Kopf des Johannes, und ist auch nicht mehr deutlich genug, so wie auch die Umschrift, an der mehres weggebrochen ist. Darum fanden beide keine Zeichnung.

Die Urkunde selbst ist schön geschrieben, auf Linien, die mit Tinte sehr fein gezogen sind, an beiden Seiten stehen

doppelte Abschnitts-Linien, in welche noch die Schrift-Linien hineingehen.

Wilbernus abbas Portensis.

XVIII.

Wilbernus, Abt des Klosters Pforta, bestätigt dem Kloster Leubus die Zehnten des Dorfes Devin. O. O. 1215.

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wilbernus diuina miseratione abbas portensis. Quia plerumque instituta mortalium que scripturę monimentis ad memoriam hominum non reuocantur uetusta obliuione obsolescunt. necessarium duximus quasdam ęcclesię lubensis decimationes ad perpetuandam recordationis memoriam scripti nostri inscriptione confirmare. Hinc est quod uniuersitati fidelium constare uolumus quod beatę memorię zyrozlaus wrotizlauiensis ęcclesię episcopus decimas uille que dicitur Devin lubensi cenobio pro remedio animę suę totaliter contulit. quas in continua possessione quieto iure tenuit. Processu uero temporis agricolę proximę uille transadiacentem ripam sitę quę dicitur clysslove ad extendenda noualia siluam extirpauerunt. et e diuerso coloni alterius uillę que dicitur Devin extirpando noualia sua extenderunt. Unde accidit quod in collectione decimarum inter colonos utriusque uille non parua litis discordia fuit suscitata. Huius au-

tem litis diſſenſio a pie recordationis zyrozlao ępiſcopo hoc tenore fuit conſopita. ut omnes decimę uſque ad extenſionem adiacentis ripę lubenſi integraliter cęderent ęccleſię de decimis agrorum pertinentium ad clyſſove. Decimę uero tranſ ripam collocate iuri attinerent ępiſcopi. Decurſo autem temporis. pię recordationis dominus cyprianus ępiſcopus decimas uillę clyſſovę Trebunicenſi contradidit ęccleſię. Unde occaſione huius donationis inter lubenſem eccleſiam et trebunicenſem ſuper decimas de Devin non modica exorta fuit diſcordia. trebunicenſi ęcclesia a colonis uille clyſſovę extirpatorum iuſ decimationis sibi uendicante. Hec igitur controuerſia ad iudicium noſtrum deuoluta hoc modo fuit deciſa de conſilio domini Laurentij wrotiſlavie ępiſcopi. et domini egidij archydiaconi. et cum ſcientia ducis zleſię heinrici. ut ſecundum primam diuiſionem decimarum zyrozlai ępiſcopi que legitima atteſtatione circumſedentium probata fuit. uniuerſe decimę de devin cum decimis agrorum de clyſſove lubenſi attinerent eccleſię. alię uero decimę tranſ ripam agrorum pertinentium ad devin. trebunicenſi cederent ęccleſię. Ut autem hec rata et inconcuſſa in perpetuum perſeuerent. preſentem paginam ſigilli domini laurentii wrotizlauie ępiſcopi impreſſione ſed et ſigilli noſtri cautione roborauimus. Acta autem ſunt hec anno dominice incarnationis M° cc° xv°. preſente domino laurentio wrotizlauie ępiſcopo et domino heinrico duce zleſię. et domino Egydio archydiacono.

An rothſeidener Fadenſchnur zwei Siegel, beide länglich. Das erſte, in braunem Wachſe, zeigt einen auf einem Stuhle mit Thierköpfen ſitzenden Biſchof, die rechte Hand zur Ertheilung des Segens erhoben, in der linken den Krummſtab. Umſchrift: + SIGILŁ. LAVRENCII. WRATIZLAVIENSIS. EPI. Das zweite, in rothgelblichem Wachſe, ſcheint ein Ring-Abdruck zu ſein, ein ſitzender Geiſtlicher hat beide Hände gegen die Bruſt erhoben, im rechten Arme ſcheint er einen zepterartigen Stab zu haben, was im linken Arme, iſt undeutlich. Umſchrift: ABBAS PORTENSIS. Schön geſchrieben, die Schrift ſteht auf ſchwarzen Linien.

Innocentius Papa III.

XIX.

Feierliche Bulle, wodurch der Papſt Innozenz dem Kloſter Leubus ſeine Rechte beſtimmt und alle Beſitzthümer beſtätigt. Lateran, den 7. März 1215.

Innocentius episcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijſ Abbatj monaſterij lubenſis ejusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis In perpetuam memoriam. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet. aut robur quod abſit ſacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et Monaſterium

ſancte deigenitricis et uirginis Marie in quo diuino mancipati eſtis obſequio. ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. et preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes. ut ordo monaſticus qui ſecundum deum et beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones. quecumque bona idem Monaſterium impreſentiarum iuſte et canonice poſſidet. aut in futurum conceſſione pontificum. largitione Regum uel Principum. oblatione fidelium. ſeu alijs iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci. firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentijs ſuis. piſcationes et ius capiendi caſtores quod habetis in flumine Odre a Cozi uſque ad tranſitum qui dicitur lubens. et alijs circumfluentibus aquis. lacum iuxta Malchic cum pertinentijs ſuis. de zlup. de viazd. de Bogdano. que noua curia dicitur. de Wilxin. de Schonuelt. de Gotcouuo. partem de zerauim. *) de wrancham. et de Stepin iuxta wratiſlauiam poſſeſſiones. cum omnibus pertinentijs earundem. redditus quoque a bone memorie waltero. zirozlao. Jarozlao. et Cypriano. ac ve-

*) Undeutlich geworden.

nerabili fratre noſtro laurentio Episcopo Wratiſlauienſi. de conſenſu Capituli ſui Monaſterio ueſtro conceſſos. nec non et annuum redditum ducentarum et octoginta librarum cere. quos Nobilis uir. H. Dux zleſie de prouentibus Caſtri ſui legnich pia uobis liberalitate conceſſit. cum pratis. uineis. terris. nemoribus. *) uſuagijs. et paſcuis. in boſco et plano. in aquis et molendinis. in uijs et ſemitis. et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus ſuis. Sane laborum ueſtrorum quos proprijs manibus aut ſumptibus colitis .... * de poſſeſſionibus * habitis ante concilium generale. ſiue de ortis. et uirgultis et piſcationibus ueſtris. uel de nutrimentis animalium * ueſtrorum * .... * etiam de noualibus. nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere. et eos abſque contradiccione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in Monaſterio ueſtro profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere Diſcedentem uero, abſque communium litterarum ueſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod ſiquis forte retinere preſumpſerit. licitum uobis ſit in ipſos Monachos uel conuerſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes. ne terras ſeu quodlibet benefitium eccleſie ueſtre collatum, liceat alicui perſonaliter dari. ſiue

*) Undeutlich geworden.

alio modo alienarj. abſque conſenſu totius Capituli. uel maioris aut ſanioris partis ipſius. Sique uero donationes aut alienationes aliter quam dictum eſt facte fuerint. eas irritas eſſe cenſemus. Ad hec etiam prohibemus. ne aliquis Monachus ſiue conuerſus ſub profeſſione ueſtre domus aſtrictus, ſine conſenſu et licentia Abbatis et maioris partis Capituli ueſtrj pro aliquo fideiubeat. uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra precium Capituli ueſtrj prouidentia conſtitutum. niſi propter manifeſtam domus ueſtre utilitatem Quod ſi facere forte preſumpſerit, non teneatur Conuentus pro hijs aliquatenus reſpondere. Licitum preterea ſit uobis in cauſis proprijs ſiue ciuilem ſiue criminalem contineant queſtionem. fratrum ueſtrorum teſtimonjis uti. ne pro defectu teſtium ius ueſtrum in aliquo ualeat deperire. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus. ne ullus episcopus uel quelibet alia perſona ad Synodos uel Conuentus forenſes, uos ire. uel iudicio ſecularj de ueſtra propria ſuſtantia uel poſſeſſionibus ueſtris ſubiacere compellat. nec ad domos ueſtras cauſa ordines celebrandi. cauſas tractandi. uel aliquos conuentus publicos conuocandi uenire preſumat. nec regularem electionem Abbatis ueſtri impediat. aut de inſtituendo uel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si uero episcopus in cuius parrochia domus ueſtra fundata eſt cum humilitate ac deuotione qua conuenit requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere. et alia que ad offitium episcopale pertinent uobis conferre renuerit. licitum ſit eidem Abbati ſi

tamen ſacerdos fuerit, proprios nouitios benedicere. et alia que ad offitium ſuum pertinent excercere. et uobis omnia ab alio episcopo percipere, que a ueſtro fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut in recipiendis profeſſionibus que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur, ea ſint episcopi forma et expreſſione contenti, que ab origine ordinis noſcitur inſtituta. ut ſcilicet Abbates ipſi ſaluo ordine ſuo profiteri debeant. et contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus uero altarium uel eccleſiarum. ſiue pro oleo ſancto. uel quolibet eccleſiaſtico ſacramento. nullus a uobis ſub obtentu conſuetudinis uel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hec omnia gratis uobis episcopus dioceſanus impendat. alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adire antiſtitem gratiam et communionem apoſtolice ſedis habentem. qui noſtra fretus auctoritate uobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes dioceſani episcopi forte uacauerit. interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta, a uicinis episcopis accipere libere et abſque contradictione poſſitis. ſic tamen ut ex hoc imposterum proprijs episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis. ſi quem episcopum Romane ſedis ut diximus gratiam *) et communionem * habentem. et de quo plenam notitiam habeatis per uos tranſire contigerit. ab

*) Undeutlich geworden.

eo benedictiones uaforum et ueſtium. conſecrationes altarium. ordinationes Monachorum auctoritate apoſtolice ſedis recipere ualeatis. Porro ſi episcopi (uel) *) alij eccleſiarum Rectores in Monaſterium ueſtrum uel perſonas inibi conſtitutas. ſuſpenſionis. excommunicationis. uel interdicti ſententiam promulgauerint. ſiue etiam in mercennarios * ueſtros pro eo quod decimas ſicut dictum eſt non perſoluitis. ſiue aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate uobis indulta ſunt. ſeu benefactores ueſtros pro eo quod aliqua uobis benefitia uel obſequia ex caritate preſtiterint. uel ad laborandum adiuuerint, in illis diebus in quibus uos laboratis et alij ſeriantur eandem ſententiam protulerint. ipſam tanquam contra ſedis apoſtolice indulta prolatam, duximus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis. et contra tenorem apoſtolicorum priuilegiorum conſtiterit impetrarj. Preterea cum commune interdictum terre fuerit. liceat uobis nichilominus in ueſtro Monaſterio excluſis excommunicatis et interdictis diuina offitia celebrare. Paci quoque et tranquillitati ueſtre. paterna impoſterum ſollicitudine prouidere uolentes. auctoritate apoſtolica prohibemus. ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum ueſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere. ignem apponere. ſanguinem fundere. hominem temere capere. uel interficere. ſeu uiolentiam audeat excercere.

*) Undeutlich geworden.

Preterea omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini ueſtro conceſſas. necnon et libertates et exemptiones ſecularium exaccionum a Regibus et principibus uel alijs fidelibus rationabiliter uobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. ſeu quibuſlibet uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt. uſibus omnimodis profutura. ſalua ſedis apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tercioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatiſfactione correxerit. poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iuditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dej. et domini redemptoris noſtri Jheſu chriſti aliena fiat. atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax domini noſtri Jheſu chriſti. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN. AMEN

Das Monogram des Papſtes, daneben

Ego Innocentius catholice eccleſie episcopus

dahinter das bene valete.

Nun folgen in drei Reihen die Unterschriften. Zuerst in der Mitte, dicht unter dem Namen des Papstes:

195 Ego Nicholauſ Tuſculanenſis episcopus
Ego Guido preneſtinus episcopus
Ego Hugo Oſtienſis et velletrenſis Episcopus
Ego Benedictus Portuenſis et ſancte Rufine Episcopus
Ego pelagius albanenſis Episcopus

Jeder, ſo wie auch die folgenden, hat ein Kreuz vor ſeinen und einen Zug hinter ſeinen Namen geſetzt. (Siehe die Steindrucktafeln.) Zur linken Seite in der Urkunde, vom Anſchauer aus genommen, ſtehen:

200 Ego Cinthius eccleſie ſancte Laurenti. in Luer .. a (?) preſbyter Cardinalis.
Ego Cencjus ſanctorum Johannis et Pauli preſbyter cardinalis eccleſie pamachij.
Ego leo eccleſie ſancte crucis in iheruſalem preſbiter Cardinalis.
Ego petrus sacre (?). pudentian ... paſtoris preſbiter Cardinalis
Ego Robertus eccleſie Sancti Stephani in Celio Monte preſbiter Cardinalis
5 Ego Stephanus Baſilice duodecim Apoſtolorum preſbiter Cardinalis
Ego Gregorius eccleſie ſancte Anaſtaſie preſbiter Cardinalis.

Rechts ſtehen noch dieſe wenigen:

Ego Guido ſanctj Nycolai in Carcere Tall (?). Diaconus Cardinalis
Ego Octauianus Sanctorum Sergij et bachi diaconus Cardinalis
Ego Petrus Sancte Marie in Aquiro Diaconus Cardinalis

Unten lang aus ſteht:

Datum lateranj per manum Thome ſancte Ma- 210
rie in via lata diaconj Cardinalis. Nonas Marcij
Jndiccione IIIJ J ..... (verloſchen) Anno.
M°. cc. xv. Pontificatus uero dompni Innocentij pape IIJ. Anno Nonodecimo.

An gelb- und rothſeidenen Fäden hängt die bleierne Bulle, wie bereits unter VII beſchrieben.

Laurentius epiſcopus Wrat.

XX.

Biſchof Laurenzius beſtimmt die Kirchſprengel des Kloſters Leubus; o. O., o. J. u. o. T.

In nomine iheſv chriſti amen. Ego Laurentius wratizlauienſis epiſcopus per egidium ſcolaſticum limitaui eccleſias ſancte Marie virginis in lvbens pertinentes. Nouerint igitur preſentef et futuri quod ad capellanum ſancti iohannis in foro cura pertinet animarum in uillis quarum nomina ſunt hec. jpſum lvbens. Glynane. Rataie. zagorici. prauicovo. Coze. Tarchowici. Chomeſa. Malſcici. Lazna. Kauici. Dambici. Quatcouici Parchouici. Lellick. Ozorouo. Item ad eccleſiam ſancte Marie in zlup. Jancouici. Janouici. ſcolfouo. tynez. warmuntouici. Gneomirouici. pribiſouici. paulquici. Maluce. knezginici. Brochleuici. polcouici. holmici.

ad eccl. in Zlup (Schlaupp.
1. Jenkau im Liegn. und der Striegauer Gegend (?) Jenkwitz im Nimmerſattſchen; 2. Gr. Jacnowitz i. Liegn.; 3. Kossendau (wüſte bei Z) [Koiſchkau]; 4. Kl. Tinz i. Liegn.; 5. b. Würchwitz i. Liegn. 6. Pfaffendorf b. Jauer; 7. Tirebelwitz b. Jauer; 8. Pohlwitz i. Liegn.; 9. Maltſch i. Jauer; 10 kriegwitz im Liegn.; 11. Brechelshof 12. Polkau im Goldbergiſchen; 13. Kolbnitz b. Jauer;

ad eccl. in Lubens
1. Leubus; 2. Gleinau b. Wohlau; 3. Rathau bei Wohlau; 4. Sagritz b. Wohlau; 5. Prauke b. Wohlau; 6. Lahse b. Wohl.; 7. Tarxdorf b. Steinau; 8. Camöse b. Nimmersatt. 9. Maltſch b. Nim.; 10 Alt Last, 11. Rogau im Liegnitziſchen; 12. Dambritſch b. Nim.; 13. Guckerwitz b. Nim.; 14. Parchwitz Stadt; 15 Groſs Lasswitz oder Lachswitz im Liegnitziſchen;

Dobrennici. Sychouici. et alij Sychouici. kraiewo. et paruum kraiewo. Item ad eccleſiam ſancte Marie virginis in yiazd ſuperior et inferior uilla. Scizerowici. perſino, Nemirowici. Januſſowici. Strelci. Socolnici. pichorowici. Langeunici. jzerowici. Bydiſſowo. et Bydiſſowo. Carnici. poſſolici. witozlauici. Dlvgomilowici. wratizlauici. AmeN.

Mit weiſſem länglichten Wachsſiegel an weiß- und roth-leinenen Fäden. So wie das an der Urkunde II, nur undeutlicher geworden. Die Urkunde iſt mit großen Buchſtaben auf Linien und mit ſchwarzer Tinte geſchrieben.

Laurentius epiſcopus Wratiſlauienſis.

XXI.

Genaue Ausführung jener Urkunde unter XX. Gegeben im Februar 1217.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. ego laurentius miſeratione diuina wratizlauienſis epiſcopus. notum facio preſentibus et futuris. quod de petitione uenerabilis abbatis Guntheri de lubens. de mandato noſtro et rogatu domini Jacobi wratizlauienſis archidiaconi. magiſter egidius ſcolaſticus. limitauit eccleſias ſancte Marie virginis in lubenſ pertinentes. anno domini M°. cc°. xvij°. menſe februario. Nouerint igitur preſentes (ſiehe nun die vorige Urkunde, in dieſer ſind folgende Abweichungen von jener):

7. lubens. 8. tarchouici. 9. Malcici. lazna.
10. parchouici. 11. leſſici. ozorowo. 12. ſcoſſouo.
13. Gneomirouici. 14. Maluci. Gneginici.
15. brochleuici. polcouo. 16. dobrennici. 18. vyazd.
19. Scizerouici. pirſino. 20. nemirouici. Januſſouici.
21. piſcorouici. langeunici. jzerouici.
22. budiſſouo et budiſſouo. carnici.
23. dlugomilouici. 24. uuratizlauici. Hinter dieſem Worte fehlt das AmeN, und es folgt dafür noch dieſer Satz: Volumus autem ut quecumque eccleſie infra hof limiteſ in poſterum ſurrexerint. ſint filie matricis eccleſie. ſaluo in omnibus iure huius matricis eccleſie. AMEN.

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur das Siegel des Biſchofs, in weiſſem Wachſe, wie bei der vorigen Urkunde, nur deutlicher ausgedruckt und erhalten.

Laurentius Wratiſlauienſis epiſcopus.

XXII.

Biſchof Laurenzius beſtätigt dem Kloſter Leubus, im Einverſtändniſſe mit ſeinem Kapitel, alle dem Kloſter zugehörigen Zehnten, und beſtimmt ſie genau. Wrotizlavia (Breslau), den 18. April 1218.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Laurentius miſeratione diuina Wro-

tizlauiensis episcopus. Ordo karitatis exigit. ratio suadet pietatis. sed et officij nostri debitum expostulat quatinus iustis religiosorum peticionibus facilem ac benignum prebeamus assensum. ut tam in presenti quam in futuro apud dominum meritis ipsorum et laborum participio gaudeamus. Hinc est quod uniuersitati fidelium presentium et futurorum constare uolumus quod nos cum unanimi capituli nostri consensu de peticione uenerabilis abbatis Gyntheri de lubens et conuentus ipsius omnes decimas ecclesie sue et ecclesiarum sibi attinentium et subditarum quas legitima donatione predecessorum nostrorum beate memorie Waltheri. Zyrozlai. Yarozlai. Cypriani. nostra quoque donatione diuersis temporibus facta iuste obtinuerunt. potestate qua deo auctore fungimur eidem abbati et fratribus suis legitimisque successoribus ipsorum confirmamus. Sunt autem hee decime eidem cenobio attinentes. uidelicet decime loci qui lubens nuncupatur cum toto circuitu suisque limitibus distincto. Wylkzin cum toto circuitu. in quo continetur portio quedam que brezni uocatur. cuius decimationem dominus egidius cancellarius pro ecclesia in vraz reclamabat. pro qua eidem egidio cancellario de consensu capituli nostri contulimus decimationem tercie partis ville de Gemelno. quam habebant Nycolaus et frater suus filii Witozlai. Zlup cum toto circuitu. Gneomyr id est Uyazd cum toto circuitu. Bogdanouo cum toto circuitu. Godkouo. Uilla bartholomei que modo uocatur sconiuelt cum toto circuitu. cuius decima-

tio pertinebat ad prebendam domini Jacobi Wrotizlauiensis archydiaconi. pro qua idem archydiaconus de consensu nostro et capituli nostri acceptauit ab ecclesia lubensi sex maldratas in teutonicis de Olau. in ea portione que ibi contingit ecclesie lubensi. a primis qui ibi soluturi sunt decimam. Quod si minus sex maldratis ibidem prefatam domum contingeret. tenetur eadem domus prebende prefati Jacobi archydiaconi supplere ibidem et eodem modo in perpetuum. Si uero plus sex maldratis ibidem monasterium contingeret. Wrotizlauiensis capituli esse debet cum ea portione que cedebat monasterio predicto ad aurum per arbitrium Conradi monachi in sychem quondam haluerstadensis episcopi. quam portionem nos contulimus capitulo ecclesie nostre in opus refectionum. cum eadem portio ad mensam nostram redierat. accedente ecclesia beati Nycolai in stepin pro commutatione iuris decimationis quod nos contingebat in nemore ad aurum in uicino de zlup circa teutonicos. de quo nemore per dictam commutationem usque ad quingentorum mansorum maiorum decimationem cuiuscumque fuerit fundus. de consensu capituli nostri suppleuimus decimationi de ducentis mansis. quorum decimationem antea scilicet anno domini. M°. cc°. xvi° contuleramus sepe fato monasterio ad preces dicti Conradi. et nunc decimationem ipsorum quingentorum mansorum confirmamus. ita tamen ut quinquaginta maiorum mansorum decimatio cedat ecclesijs que infra illum ambitum consurgent. quod in facto commutationis expressi-

mus. quia ibi in decimis nichil nobis retinuimus. quod in dotem eccleſiis illis aſſignare poſſemus. Preterea iam prefatę ęcclesię ſcilicet lubenſi confirmamus decimas iſtarum uillarum. Wolouo. et alterius Wolouo. Moyancici. Grozanouo. in Devin. Velauez. uilla Quatkonis. cuius portio quedam pertinebat ad magiſterium wrǫtizlauienſe. pro qua et pro portione in Rogouo quod continetur in ambitu lubenſi de conſenſu noſtro et capituli noſtri acceptauit Egidius magiſter ab ęcclesia lubenſi eam portionem quam eccleſia lubenſis habebat in Iaſſourici. pro bono pacis. ne particularis perceptio induceret contentionem. uilla Mazen. Jankouici. et Janovici. iuxta Dunino. Krajeuo. et paruum Kraieuo. Polkouici. Helmec. et Dobren. Brochleuici. Decimam de Gneginiz iuxta paruum Maluzc. uillam Velconis camerarij de luzoboc. Preduchno. quod Gran habet. Oprouo. Zlauno iuxta Legniz. quicumque arauerit ubi modo aratura ducis eſt. Decimam de Zkalica in uilla Helmberti. quam nos contulimus altari ſancte Katerine. Sortem Vlrici ſueui de legniz. et ſortem Radomili. Molovici. Sifridouici. Wroblino iuxta Vin. circa Zlup uilla Stanizlai. Decimas de Jarozlav cum uillis omnibus que modo ſunt et in poſterum erunt inter Ozoblogam et Straduna usque in Odram. ubi felicis recordationis dominus Jarozlaus clauſtrum ceperat fundare quod contulerat portenſibus. Sed portenſes de morte ipſius turbati de communi conſenſu reſignauerunt quicquid ibi iuris habebant filie ſuę in lubens. Item uillam Martini Zemeniz. Wroblino. que inter hos terminos non continetur. Item ad ſanctum Jacobum. Glynane. Scukouici. Sortem zlaucovo iuxta cozi. Ad ſanctum Johannem. Conare. Boraffici. uel Panka quod idem eſt. Mocidilniza. Balek. Kzer. Ad ſanctum Petrum in Wrǫtizlauia decimam hǫ (?) Pozariſch. tocius illius circuitus. et ſortem de Zorauino. quam ſortem contulit Mycora eccleſie beati Petri. et nos decimam que pertinebat prebende domini vincentij. loco cuius dedimus decimam de uilla Grobica prebende eiuſdem domini vincentij eo et capitulo collaudante. Decimam quoque de duodecim manſis qui in uilla tyllini menſe epiſcopali pertinebant. quam dedimus cum conſenſu capituli noſtri ad eccleſiam ſancte Marie ſanctorumque Martini et Cecilię in Vyazd. quam nos conſecrauimus. Igitur auctoritate dei omnipotentis et beate Marie uirginis beatique Johannis patroni noſtri et noſtra diſtrictiſſime inhibemus ne aliqua in futuro eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtram canonicam et legitimam confirmationem canonicorum noſtrorum conſenſu et ſigillo firmatam. mutare. conuellere. aut minuere aliqua temeritate preſumat. Quod ſi attemptare preſumpſerit. dei omnipotentis et beate Marie uirginis ſanctique Johannis patroni noſtri nec non et omnium ſanctorum indignationem. et penam excommunicationis nouerit ſe incurſurum. Ut autem hec rata et inconuulſa

in perpetuum perſeuerent. preſentem cautionis paginam de hac confirmatione conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione et canonicorum fecimus inſigniri. et ydoneorum teſtium ſubſcriptione roborari. Quorum nomina ſunt hec. Heinricus dux Zleſie et Heinricus filius ſuus. Victor decanus Wrotizlauienſis (?). Jacobus archydiaconus. Egidius ſcolaſticus. Egidius canonicus et cancellarius. Alardus abbas de ſancto Vincentio. Witozlaus abbas de ſancta Maria. Stephanus caſtellanus de Bolozlauez. Zobezlaus caſtellanus Wrotizlauienſis. Predzlaus caſtellanus Glogouienſis. Petrus caſtellanus Legnicenſis. et alij quam plures uenerabiles uiri et approbati. Hec confirmatio facta eſt anno domini. Milleſimo ducenteſimo octauodecimo. Indictione ſexta. in eccleſia ſancti Johannis. in Wrotizlauia. XIIII kal. Maii.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur zwei längliche Siegel, in gelbrothem Wachſe; das erſte, das des Kapitels. Das abgehauene Haupt des Johannes. Umſchrift: † SIGL CAPITVLI ECCLESGI (?) † JOHANNIS. BAPTISTE. Das andere, das des Biſchofs, wie es ſchon an Urkunde XXI vorgekommen. — Schön und deutlich geſchrieben, auf Linien, welche doppelte Abſchnitts-Linien haben.

Honorius Papa III.

XXIII.

Papſt Honorius der dritte übergiebt dem Kloſter Leubus die Aufſicht und Unterſuchungen des Kloſters Trebnitz, welche bis dahin dem Kloſter Pforte zugeſtanden.

Viterbo, den 31. Januar 1220.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilecto filio .. Abbatj de Lubes (?) Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ad *) Imploracionem * dilectj filij Nobilis uirj .. Ducis Zleſie curam et uiſitationem Monaſterij Trebnicenſis iniunctam olim .. Abbatj de porta per felicis recordationis. J. papam. predeceſſorem noſtrum diſcretioni tue in ſpiritualibus dicimur commiſiſſe Quia uero per diligentiam tuam ſicut Dux ipſe aſtruit iuge monaſterium predictum recipit incrementum. cum ſororibus loci eiuſdem humiliter poſtulauit a nobis. ut curam prefatj monaſterij etiam in temporalibus tibi committere dignaremur. ita quod non niſi per tui Ciſtercienſis ordinis monachos cuius ſunt memorate ſorores de ipſo monaſterio et perſonis et rebus eiuſdem tua ſollicitudo diſponat. cum idem monaſterium collapſum extiterit pro eo quod non fuerunt ſui ordinis qui de illo hactenus diſponebant. Nos ergo de tua gerentes prudentia fiduciam pleniorem. ſollicitudinem et uiſi-

*) Undeutlich, aber noch zu errathen.

tationem ipſius monaſterij tam in ſpiritualibus quam temporalibus diligentie tue duximus committendam. per apoſtolica tibi ſcripta precipiendo mandantes. quatinus non niſi per earundem ſororum ordinis monachos de ipſis et rebus earum et monaſterio ſupradicto diſponas Datum Viterbij ij kal. februarij Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

An einem Bindfaden hängt die Bleibulle des Papſtes, die eine Seite, wie bei Innozenz III, die andere Seite enthält die Inſchrift: Honorius Papa III. — Es iſt auffallend, daß die Urkunde auf einem ſo erbärmlichen Stückchen Thierhaut geſchrieben iſt, welches auf jeder Seite vier Löcher hat, um die Siegelfäden durchzuziehen, außerdem hängt aber auch die Bulle nicht unten, ſondern an der linken Seite. Durch dieſe Löcher und Reibungen iſt manches undeutlich geworden. Das Trebnitzer Archiv hat dieſe und die folgende Urkunde nicht.

Honorius Papa III.

Nachl. Kaiserl. Reg. p. 108.

XXIV.

Breve, worin dem Abt zu Leubus die alleinige und ungehinderte Sorge über das Kloſter Trebnitz übertragen wird. Viterbo, den 13. März 1220.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis in chriſto filiabus .. Abbatiſſe et Monialibus de Trebniz Wratizlauienſis dioceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut proponitis curam et ſollicitudinem Monaſterij ueſtri. Dilecto filio .. Abbati de lubes Ciſtercienſis ordinis duximus committendam ex quo iam non modicus prouenit uobis et Monaſterio ueſtro et de die in diem maior ſperatur prouenire profectus, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut prouidere nequis impediat quo minus Abbas ipſe huiuſmodi curam ſibi commiſſam exerceat dignaremur. Nos ergo qui in eccleſiarum profectu gaudemus ueſtris iuſtis precibus inclinati diſtrictius inhibemus nequis temere impedire preſumat quo minus idem Abbas mandatum quod ſibi ſuper hoc fecimus exequatur. Datum viterbij. iij. Idus Martij Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

An einem Bindfaden die bleierne Bulle, wie bei XXIII. Beſſere Thierhaut und Schrift.

Honorius Papa III.

Nachl. Kaiserl. Reg. p. 108.

XXV.

Papſt Honorius beſtätigt dem Kloſter das Recht, einen jeden Freigeborenen, der das Weltliche verlaſſen will, aufzunehmen, und verbietet allen Kaplänen das ſogenannte Mortuarium von dieſen zu verlangen. Viterbo, den 27. April 1220.

HONORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj Ciſtercienſi et vniuerſis coabatibus (?) eius et fratribus ſub eodem ordine deo ſeruientibus Salutem et apoſtolicam benedic-

tionem. Conſtituti iuxta uerbum prophete licet inſufficientibus meritis ſuper gentes et regna officij noſtrj debitum decenter exequimur cum euellimus euellenda et plantanda plantamus *) recta regimus et dirigimus indirecta. Significaſtis ſiquidem nobis. quod in quibuſdam partibus conſuetudo deteſtabilis inoleuit, uidelicet, quod cum aliquj emulantes chariſmata meliora Monaſteria ueſtri ordinis uolunt cauſa religionis intrare. ut ibi domino famulentur, Capellanj eorum donec ab ipſis pecuniam que mortuarium nuncupatur extorqueant prout a parrochianis ſuis decedentibus conſueuerunt accipere, illis temere ſe opponunt. Quare ſuper hoc noſtre prouidentie remedium poſtulaſtis. Volentes igitur abuſum corruptelle huiusmodi aboleri, auctoritate uobis preſentium indulgemus. ut Capellanorum contradictione huiusmodi non obſtante, liberas perſonas ad uos e ſeculo fugientes, libere recipere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Viterbij. v. kl. Maij. Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur hängt die wohl erhaltene Bleibulle des Papſtes, wie bei XXIV.

*) Am Schluſſe des Worts iſt etwas gekraßt und gebeſſert.

Honorius Papa III.

Pflug. Hung. p. 108.

XXVI.

Honorius nimmt den Orden der Ciſterzienſer in ſeinen beſondern Schutz, und befiehlt allen Erzbiſchöfen, Biſchöfen und andern Kirchenobern, ſie und ihre Güter gegen jede ungerechte Anmaßung zu vertheidigen.

Viterbo, den 27. April 1220.

HONORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Venerabilibus fratribus. Archiepiſcopis et Epiſcopis. et Dilectis filijs alijs eccleſiarum Prelatis ad quos littere iſte peruenerint. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Beneſaciens dominus bonis et rectis corde, dilectos filios fratres Ciſtercienſis ordinis in uia mandatorum ipſius inoffenſe currentes tamquam populum acceptabilem ſibi numero et merito ampliauit. eisque de rore celi et terre pinguedine benedicens. dilatauit locum tentorij eiusdem ordinis et pelles tabernaculorum eius extendit. Sed quod dolentes referimus in uia hac qua ambulant ſuperbi contra eos laqueos extendentes, immo uelud torrentes iniquitatis irruentes in eos, ipſos bonis ſuis que ſoi domino ſunt dicata, non ſolum nequiter defraudare cum filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſint. uerum etiam iniquitate potentes uiolenter ſpoliare nituntur. et quod grauius eſt non nulli de hijs quj eos debuerant in chriſti uiſceribus carius amplexarj et fauorabilius confouere. ipſos inmanius perſequentes, priuilegia que ipſis a ſede apoſtolica ſuis exigentibus

meritis futuris indulta geſtiunt penitus eneruare. dicendo illa fuiſſe omnino in generali concilio reuocata. uel alias intellectum priuilegiorum ipſorum ita maligna interpretatione ad libitum peruertendo quod niſi os iniqua loquentum obſtruatur, nil reſtet quin predicti fratres priuilegiorum ſuorum pene penitus fructu fruſtrentur per quod illi non tam eiſdem fratribus quam nobis iniuriarj probantur, dum contra ſedis apoſtolice indulgentias memoratos fratres temere perturbare preſumunt, molientes contra noſtre plenitudinem poteſtatis, dum indulta noſtra irreuerenter impugnant. Nos igitur quj predictos fratres ſpeciali prerogatiua dilectionis et gratie amplexamur, utpote quj iugiter offerentes domino, ſuorum uitulos labiorum non ſolum nobis ſed etiam uniuerſali eccleſie pijs interceſſionibus incomparabiliter ſuffragantur. nolentes eorum sabbati huiusmodi uexationibus amaricarj quietem quos potius tenemur omnimodis conſolari. vniuerſitatem ueſtram monemus et hortamur attente. ac pro apoſtolica uobis ſcripta precipiendo mandamus. quatinus ſupradictos fratres ob reuerentiam diuinam et noſtram habentes in uiſceribus caritatis. eis priuilegia et indulgentias apoſtolice ſedis eiſdem conceſſa inuiolabiliter conſeruetis. et faciatis ab alijs conſeruarj. Salua moderatione concilij generalis. uidelicet ut de alienis terris a tempore predicti concilij acquiſitis et de cetero acquirendis exoluant (?) decimas eccleſijs quibus ratione prediorum antea ſoluebantur. niſi aliter cum eis duxerint componendum. Alias quoque predictos fratres ab incurſibus malignorum taliter defendatis, quod

defenſores iuſtitie ac pietatis probeminj amatores. deumque uobis propitium et nos reddatis fauorabiles et benignos. Datum viterbij. v. kl. Maij Pontificatus noſtrj Anno Quarto,

An roth- und gelbſeidenen Fäden die bleierne Bulle, wie bei den vorigen Urkunden.

Honorius Papa III.

Vgl. Bay. p. 108

XXVII.

Papſt Honorius gebietet, daß von den neuen Aeckern des Ciſterzienſer-Ordens, die ſeit Haltung des Kapitels, welches darüber Beſtimmungen geſetzt hat, angebaut worden ſind, keine Zehnten erhoben werden ſollen. Viterbo, den 27. April 1220.

HONORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbati Ciſtercienſi et vniuerſis coabbatibus eius. et fratribus ſub eodem ordine deo ſeruientibus. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Contingit interdum, quod nonnulli proprijs incumbentes affectibus dum ſanctionum ſenſum legitimum ad ſua uota non habent accommodum ſuperinducunt adulterum intellectum in temporali compendio eternum diſpendium non timentes. Sane ſicut audiuimus, quidam ſuo nimis inherentes ingenio nimiumque uoluntarij interpretes concilij generalis, de noualibus poſt idem concilium acquiſitis, a uobis intendunt decimas extorquere. Ne ſuper hijs uos contingat

indebita moleſtatione uexari. nos interpretationem illorum intellectuj conſtitutionis predicti concilij ſuper Ciſtercienſium decimis edite *) aſſerimus peregrinam. In ipſa quidem expreſſe cauetur ut de alienis terris a tempore predicti concilij acquiſitis et amodo acquirendis, ſi eas proprijs manibus aut ſumptibus colueritis decimas perſolu .... s * eccleſijs quibus ratione prediorum antea ſoluebantur. verum ſi ad prope poſitum aciem diſcretionis extendunt, aduertentes nichilominus de quibus noualibus apoſtolica ſedes intelligat, indulgentiam ſuper talibus pijs locis conceſſam, non ſic circa noualia nouo interpretationis ludibrio ingenia fatigarent. Inhibemus igitur auctoritate preſentium, ut nullus a uobis de noualibus a tempore concilij predicti excultis uel in poſterum proprijs manibus aut ſumptibus excolendis, decimas exigere uel extorquere preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum viterbij. v. kal. Maij. Pontificatus noſtrj Anno Quarto,

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle, wie an den vorigen Urkunden. — An beiden Rändern ſind die Entfernungen der Zeilen durch Stiche angegeben, auch finden ſich ſehr ſchwache Linienreſte.

*) Undeutlich geworden.

Honorius Papa III.

Pfl. Reg. p. 108.

XXVIII.

Papſt Honorius giebt allen Ciſterzienſer Klöſtern das Vorrecht, daß die Legaten des Apoſtoliſchen Stuhles nichts von ihnen verlangen dürfen, und bei Reiſen mit der gewöhnlichen Kloſterſpeiſe vorlieb nehmen müſſen. Viterbo, den 27. April 1220.

HONORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs vniuerſis Abbatibus. et Conuentibus Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum preter pauperem uictum ueſtrum omnia bona ueſtra hoſpitalitatj et alijs pijs operibus officioſiſſime ſint expoſita, ſatis inhumane alijs auferre uidetur egenis quicquid a uobis uiolentia uel ingenio extorquetur. Nec quia dominus manuum ueſtrarum operibus benedicens, uiaticum peregrinationis ueſtre, quanto magis illud fraterna caritate in uſus pauperum diſtribuitis t .. *) magis celeſti alluuione multiplicat, eſtis deterioris condicionis habendi, ſed potius melioris cum non niſi uaſis paratis celeſtis gratie oleum infundatur quod pauperis mulieris deficientibus uaſis ſtetit. Licet igitur largiente domino Monaſteria ueſtra plus ſolito temporalium floreant ubertate, quia tamen exinde pauperibus uberius ſubuenitur, nos uolentes eo, uos de ſpeciali gracia fauorabilius confouere, quo

*) Undeutlich geworden.

exinde illi propenſius complacere uos credimus, quj quod uni ex minimis ſuis fit, ſibi reputat eſſe factum, deuotionis ueſtre precibus inclinatj, auctoritate uobis preſentium indulgemus. ne apoſtolice ſedis legati procurationes pecuniarias a Monaſterijs ueſtris exigere uel extorquere preſumant. ſed cum ad domos ueſtras acceſſerint, ſine carnium eſu cibis regularibus ſint contentj. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe noueriſ incurſurum. Datum viterbij. v. kal. Maij. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die Bleibulle, wie bei den vorigen.

Honorius Papa III.

Böhm. Reg. p. 108.

XXIX.

Der Papſt beſtimmt, daß kein Legat in den Klöſtern der Ciſterzienſer eine Exekommunikazion, Suspenſion oder ein Interdikt bekannt machen darf, gegen die dem Orden bewilligten Vorrechte. Viterbo, den 27. April 1220.

HONORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbati Ciſtercienſi et vniuerſis coabbatibus eius et fratribus ſub eodem ordine

deo ſeruientibus. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ordinis ueſtri generoſa plantatio multe religionis et honeſtatis flores et fructus protulerit, effuſo longe lateque laudabilis conuerſationis odore apoſtolice ſedis auctoritas conſiderans, per Marthe ſollicitudinem prouidendum eſſe Marie quieti, ut orantis Marie ſuffragijs ſatagentis Marthe ſollicitudo miniſterij uiuaretur, ne alicuius temeritatis incurſus ſancte conuerſationis otium perturbaret, ordinem ipſum et priuilegijs et nonnullis indulgentijs ſpecialis gratie prerogatiua muniuit. Nos autem quj ſalutifera comoda ueſtra benigno fauore proſequimur tranquillitati ueſtre libenter prout poſſumus prouidemus auctoritate preſentium inhibentes, ne legati ſedis apoſtolice ſine ſpeciali mand .... *) excommunicationis uel ſuſpenſionis et in Monaſteria ueſtra interdicti ſententias contra ea que uobis f ..... * promulgent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringer .... * traire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei. et beatorum Pet ..... * lorum eius ſe noueriſ incurſurum. Datum viterbij. v. kal. Maij. Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die Bleibulle, wie bei den vorigen Urkunden, mit einem weißen Lack, wie es ſcheint, überzogen.

---

*) Dieſe Stellen ſind durch einen Waſſerfleck ganz unleſbar geworden.

Laurentius Episcopus Wratislavienſis.

XXX.

Bischof Laurenzius vertauscht die Zehnten von Craiov (Craievo) mit denen der villa Dirſconis. O. O. den 26. Mai 1220.

Innomine ſancte et indiuidue trinitatiſ amen. Ego laurenciuſ wratislauie epiſcopuſ. notum facio preſentibus et futuriſ. quod precibus fratrum meorum. abbatiſ. b. et conuentuſ eiuſ delubenſ commutauj decimam de ſorte ſancti laurencij de craiov. eam conferens beate Marie. et pro ea beato laurencio contuli decimam devilla dirſconiſ *) iuxta legnich. vt autem iſta firma ſint. ſigilli mei. et predicti abbatis inpreſſione muniui. Actum anno ab incarnatione domini. M°. c°c°. x°x°. vii° kal. ivnij. pontificatus noſtri anno xiiii°.

An Schreibleder-Streifen hangen zwei länglichrunde Siegel auf gelbem Wachſe. Zuerſt das des Biſchofs; die große Geſtalt eines Biſchofs, mit Mütze und Inful, in vielfaltigem Gewande, ſitzt auf einem Stuhl mit Thierköpfen, in der rechten Hand einen Biſchofſtab, im linken Arme ein Buch haltend. Der Hintergrund iſt mit dichten Viereckſtreifen verziert, und in jedem ein Punkt. Umſchrift: SIGILL LAVREN .... I.A .... SIS EPI. Auf dem andern iſt ein ſtehender Geiſtlicher, in der rechten

*) Der Buchſtabe r iſt aus ſ gebeſſert, das noch vollſtändig ſtehen geblieben.

Hand mit dem Biſchofſtabe, in der linken ein aufgeſchlagenes Buch. Umſchrift: + SIGILL ABATIS DE LVBENS. Die Urkunde iſt auf ein kleines Schreibleder-Blatt geſchrieben, und die Schrift ſteht auf Linien.

Honorius Papa III.

XXXI.

Papſt Honorius befiehlt, daß der Abt zu Leubus denen, welche in das Kloſter Trebnitz treten wollen, keine Hinderniſſe in den Weg lege, ſondern ihnen zur Erlangung des geiſtlichen Gewandes verhelfe. Lateran, den 11. Januar 1221.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilecto filio .. Abbati de Lubes Ciſtercienſis ordinis Wratizlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilecte in chriſto filie Moniales de Trebniz in noſtra fecerunt preſentia recitarj. quod cum earum Monaſterium tibi ſecundum tui ordinis inſtituta commiſerimus in ſpiritualibus et temporalibus diſponendum. tu quaſi exonerarj deſideres. exhibes te remiſſum. „nolens“ conuerſis mulieribus „religionis „earum *) habitum quem poſtulant exhibere. propter quod nobis humiliter ſupplicarunt ut exequi

*) Dieſe Gänſefüßchen ſtehen in der Urkunde, ob gleichzeitig gemacht, iſt nicht ganz gewis, es ſcheint aber ſo.

te commiſſam tibi ſollicitudinem faceremus. Quocirca diſcretionj tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus in hijs que a nobis tue ſunt commiſſa prouidentie. tuum diligentius officium exequaris habitum religionis earundem Monialium, conuerſis mulieribus illum poſtulantibus exhibendo. Datum Laterani. nj. Idus Januarij. Pontificatus noſtrj Anno Quinto,

An einem Bindfaden die Bleibulle, wie bei XXIX und den vorigen.

Heinricus I.

XXXII.

Der Herzog erlaubt dem Kloſter zollfrei jährlich Heringe aus Pommern, und Salz aus Guben und Leubus, in beſtimmter Menge, einzubringen. O. O. und Tag 1222.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricuſ diuina fauente clementia dux zlefie. vniuerſis tam preſentibus quam ſecuturis chriſti fidelibus manifeſtum eſſe uolumus quod noſ de noſtre liberalitatis munificentia pro remedio animę noſtre conceſſimus fratribus in lubenſ deo ſeruientibus. ut ſemel in anno ad comparandum allec duabus nauibus in pomeraniam. et bis in anno pro afferendo ſale ſimiliter duabus nauibus in Gubin uel in lubus abſque teloneo per totam terram noſtri dominij libere

uadant. uel ſi in nauibus ire noluerint. ſeu non potuerint magiſtro cuiuslibet grangię quadraginta currus ad annum pro ſale ſimiliter ſine teloneo per totam terram noſtre poteſtatis ire permittimus. ita dumtaxat ut ſi una uice tot currus quilibet non habeat. bis uel ter aut amplius eundo prefixum numerum non excedat. vt ergo hec rata et in perpetuum inconuulſa permaneant preſentem exinde paginam conſcribi et noſtro ſigillo fecimus communiri. Datum anno domini. M°. CC°. XX°. II°.

An blauen Bindfäden iſt ein Stück des gelbbraunen Wachsſiegels des Herzogs, auf dem aber nur noch ein Theil der Rittergeſtalt ohne Kopf ſichtbar iſt. Die Urkunde iſt auf Linien geſchrieben. Vergl. Nro. XIV.

Heinricus I.

XXXIII.

Herzog Heinrich ſchenkt dem Kloſter Leubus das Dorf Sychow (Seichau), und befreit die namentlich genannten Familien von der Unterthänigkeit, ihnen das Recht, welches Laſanki genannt, gewährend. O. O. und Tag 1223.

Ego Heinricus dei et beatj Johannis gratia Dux Zlefię. Notum facio preſentibus et futuris hoc ſcriptum inſpecturis. quod quando pro remuneratione dei. et ad nutum venerabilis Ab-

batis domini Guntheri de lubens villam Sychouam nuncupatam ad clauſtrum prefatum contuliſſem. pro eo ut et eiusdem uille colonj. mei videlicet decimi ruſtici. bona uoluntate uillam jam dictam exirent. uitare cupiens ipſorum coram deo obiectionem. a jugo ſeruitutiſ quo hactenus ſubiecti fuerant liberos eſſe deinceps conceſſi. concedens eiſdem juſ quod Laſanki dicitur perpetuo habendum. Hec eſt autem familia de qua mentionem agimus. Gloſhek. cum fratre Malos. Bozek cum filiis. Vecish. Drobac. Swenza. cum fratre Myron. RadoN cum fratre Mylos. Bogdan. Coſmaſch. cum filio. Bobola cum fratre sizlao. Pſar. cum filiis. MankaR cum fratre Malik. Ne uero hec noſtra *) donatio alicuj poſt hec in dubium uertatur, sigilli noſtri munimine cenſuj roborandam. Statuj itaque. homines ſupra notatos ſtarozte Bogdano de Polkouic qui et Laſanki officio pre eſt eſſe ſubiectos. Actum anno M°. CC°. XX. I°I°I°.

An einem Schreibleder-Streifen Heinrichs Siegel, in braunem Wachs. Die Geſtalt iſt gut erhalten, und man ſieht deutlich das Kreuz. Hinten ſieht man noch der drückenden Finger kleine Linienzüge. Die Urkunde war auf Linien geſchrieben, von denen aber nur noch wenige ganz vollſtändig.

*) Kann auch mea, und vielleicht mit mehr Recht, geleſen werden.

Laurentius Epiſcopus Wratiſlauienſis.

XXXIV.

Der Biſchof beſtimmt die Gränzen der Kirche der heiligen Maria in Kaſimir, und benennt die dazu gehörigen Dörfer. Binnen drei Jahren werden noch Ausſtellungen gegen die Begränzung angenommen, dann nicht mehr. Lubens (Leubus), den 8. September 1223.

Laurenciuſ miſeratione diuina wratiſlauienſis epiſcopus. vniuerſis chriſti fidelibuſ ad quos preſenſ ſcriptum peruenerit Salutem in uere ſalutiſ auctore. Vniuerſitati ueſtre notumfacimus. quod ad peticionem venerabiliſ patris domini Guntherj Abbatiſ de lubens conſtituimus terminoſ eccleſie ſancte Marie in Kaſimir. inter fluuioſ hozzoblogam et ſtradunam uſque ad Odoram. in omnibus uilliſ fundatiſ atque fundandiſ excepta ſola uilla Nilulouizo que pertinet in Ocnánt. et ultra ſtradunam in uillis tantum ſubſcriptiſ. ſcilicet brudina. Smogoz. karcouo. bozchenchino. kozki. Trau... .., *) Tuardoua. Zuellouа. villa Na... zhlaj. in tribuſ uilliſ Andree. villa vrbani. Si quiſ autem contra iſtam limitationem ali-

*) Verloſchen.

quid habeat excipere. infra triennium excipiat et publice contradicat. Alioquin poſt triennium ipſiuſ exceptionem non admittemus. cum terminuſ ſatiſ ſit prolixuſ uſque ad treſ annoſ. Actum in lubens. vj°. Iduſ ſeptembriſ. Anno uerbi incarnati. M°. cc°. xx°. xij°. In preſencia dionifij ſcolaſtici. henrici. .. iderici *) canonicorum wratiſlauienſium. Reginaldi plebani et Archipreſbyterj de opol et multorum Aliorum.

Die Schreibledersſtreifen hangen noch an der Urkunde, das Siegel aber, welches an ihnen war, iſt verloren gegangen.

Heinricus I.

XXXV.

Der Herzog befreit das Kloſter von allen Anforderungen aus Pohlniſchem Rechte; Salzverkauf und Geldwechſel ſind nicht in den Händen des herzoglichen Münzmeiſters u. ſ. w. Ohne Ort, Jahr und Tag.

Ego heinricus dei gratia dux zleſię ad primam peticionem filie meę. cum deo ſe conſtanter offerenſ ſecularem habitum et animum mutaret. in trebeniz. hanc libertatem cenobio lubenſi conceſſi. ut ſcilicet forum lubenſe ab omni polonica exactione ſit exemptum. uidelicet

*) Verloſchen.

ut monetarius nulli pomot imponat. nil ibidem iuriſ habeat in tribus foris immutationem monete. ſal uendendi et nummos cambiendi. Conceſſi etiam ut nullus de hominibus clauſtri ſine licentia abbatis. prioriſ. ſiue cellerarii ad aliquot iuditium prouocetur. et quotiens expeditionem noſtram indixerimus. homines in circuitione lubensi quicquid neceſſitaſ clauſtri exegerit interim operentur.

Mit dem gewöhnlichen wohl erhaltenen Siegel, auf gelblichem Wachs, an rothſeidener Fadenſchnur. Das unverkennbare Kreuz auf dem Schilde.

Heinricus I.

XXXVI.

Heinrich I. wiederholt die ſchon 1203 (XII.) gemachten Schenkungen und Beſtätigungen, mit Einwilligungen ſeines Sohnes Heinrich II., und fügt 40 Manſos im Lebuſiſchen hinzu, welche zwiſchen Leubus und Trebnitz getheilt werden ſollen. Lubens (Leubus), den 17. Juli 1224.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. HEINRICVS diuina fauente clementia Dux Zleſie. Duplex beneficium noſcimus impendiſſe. cum donationes a nobis rationabiliter celebratas. etiam per priuilegiorum eui-

dentiam contra temporis maliciam fatagimus communire. Ea propter vniuerſis chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris preſenti ſcripto duximus declarandum. quod nos pro remedio anime noſtre et progenitorum noſtrorum de fauore et conſenſu filij noſtri Heinrici. quingentos manſoſ in nemore noſtro iuxta Montem qui dicitur Colma. Monaſterio beate dei genitricis Marie in Lubens. in proprietate contulimus ſub hac forma. Primo centum Manſos ad petitionem pie memorie domini Conradi Epiſcopi quondam Haluirſtadenſis. iam dicto Monaſterio libere dedimuſ et abſolute. deinde alioſ centum in commutatione bonorum in Stepin. jtem centum in commutatione bonorum in Wrance. Item centum pro reſpectu laboriſ uel obſequij quod fratres de Lubens nobis in edificatione campanilis in Trebniz impenderunt. Itemque centum ſub ea conditione donauimus. ut tres prebendarij pro remedio anime noſtre et patris noſtri ſub ſpeciali titulo noſtre elemoſine. in Lubens perpetuo ſuſtententur. Huic etiam priuilegio neceſſario duximus inſerendum. quod praeter hoſ quingentoſ Manſos. quos ſupra diſtinximus ſingillatim. adhuc alios quadringentoſ in territorio Lubuſenſi ſitos, duobus Monaſterijs Lubenſi videlicet et Trebnizenſi. legitima donatione contulimus equaliter partiendos. cum lacubus et pratis omnibusque ſuis pertinentijs. cum omni utilitate que uel in preſentiarum ineſt. uel ineſſe poterit in futurum. forum etiam inibi fieri permittendo. accedente ſimiliter ad hec filij noſtri Heinrici conſenſu. Igitur tam prefatos quingentoſ Manſos quos Lubenſi Cenobio ſpecialiter contulimus. quam iſtos quadringentos quos Lubenſibus et Trebnizenſibus ſimul dedimus inter ipſos equaliter partiendos. ſua ſingulis, ſicut rationabiliter contulimus. perpetuo confirmantes. preſentem cautionis paginam exinde conſcriptam. ſigillo noſtro et ſigillo filij noſtri Heinrici fecimus legitime communiri. et idoneorum teſtium ſubſcriptionibus roborari. quorum nomina ſunt hec. Ipſe Heinricus filius noſter. Zobezlawus et frater eius Bolezlawus nepoteſ noſtri. Vlricus Caſtellanus et Lubin. Clerici. Naſlawus Archidiaconus vratizlavienſis noſter prothonotarius. Heinricus Canonicus vratizlavienſis et Capellanus de Wlan. Conradus Canonicus vratizlavienſis Notarius filij noſtri. et alij quam plures. Acta ſunt hec in lubens. coram Conuentu. Anno ab incarnatione domini. M°. cc°. xx. IIII°. xvj°. kalendas Auguſti.

An weißleinenen Faden-Schnüren zwei Siegel in gelbbräunlichem Wachſe. Das erſte Herzogs Heinrich I in gewöhnlicher Art, und ziemlich deutlich noch; das andere, das Siegel ſeines Sohnes Herzogs Heinrich II. Der junge Herzog, in einem bis zu den Knöcheln gehenden Wappenrocke, hat den Herzogshut auf, in der rechten Hand das gezogene und an die Schulter gelehnte Schwerdt, in der linken Hand den großen unten ſpitzen Schild, worauf der Schleſiſche Adler, der in der Gegend, wo das Wappenkleid aufhört, aufzuſtehen ſcheint. Auf der rechten Seite des Herzogs ſteigt ein Zweiggewinde von unten auf, links kommt hinter dem Schilde ein ruthenartiger Zweig hervor, etwa wie eine Palme. Um-

schrift: † SIGILL: HENRICI: FILII: DVCIS: SLESIE: Die Urkunde steht auf Linien.

Kasimirus dux de Opol.

XXXVII.

Kasimir, Herzog von Oppeln, übergiebt dem Kloster Leubus die Kirche zu Kasimir, und den dazu gehörigen Grund und Boden. Nova villa (Neudorf), ohne Tag 1226.

IN nomine domini iheſu chriſti Amen. Ego Kaſimirus dei gratia dictuſ Dux de Opol. omnibus hanc litteram inſpecturis tam preſentibus quam futuriſ ſalutem in auctore ſalutis. Dignum eſt ut ea que uiriſ religioſis conferuntur ſcripturarum cautione muniri. ne id poſteritaſ audeat immutare. quod precedentium honeſtate proborum uirorum teſtimonio confirmatur. Notifico ſiquidem preſenti pagina preſentibus et futuris quod pro remedio anime mee. et patriſ mei. matriſque mee. contuli beate Marie virgini in Lubenſ iure hereditario eccleſiam que eſt in Kaſimiria. et fundum qui eſt adiacenſ ipſi eccleſie. quem ex precepto meo circuiuit comes Roſtec et comes Stephanuſ. Huiuſ autem fundi terminus eſt uaſſiſ que eſt inter eccleſiam predictam et Kaſimiria, a Straduna uſque in Ozoblogam danſ eiſ liberam facultatem ipſum fundum ſibi facere fructiferum et utilem. prout ipſis pluſ

uiſum fuerit expedire. Data eſt hec littera anno gratie. M°. CC°. XX°VI. in noua villa in preſentia Johanniſ caſtellani de Coſec (Coſel?). Miſtignevi pincerne. Crispini gladiatoriſ. Nicolai ſubdapiferi. Laurentij ſuppincerne. Ztreſoniſ ſubcamerarij. Guhaloniſ capellani. zandianj capellanj.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur hängt ein rothes, am Rande etwas abgebröckeltes, mitten durchgebrochenes, aber noch zuſammenhaltendes Reiterſiegel. Von der linken zur rechten Seite reitet ein Ritter, mit Helmkappe und herabhangendem Waffenrocke, am linken Arme den Schild mit dem Adler, in der rechten, nach hinten ausgeſtreckten Hand das gezückte Schwerdt. Arm und Fuß ſind gepanzert. Von der Umſchrift ſieht man: † SIGILLVM KA...IR. DV..S FILII MESCONIS.

Kaſimirus dux de opol.

XXXVIII.

Herzog Kaſimir erklärt, daß er im Jahre 1221 das Dorf Goſſintin, welches Graf Stognevus dem Abt Günther von Leubus und dem Kloſter geſchenkt hatte, umgangen habe, zur Beſtätigung des Beſitzes und der Gränzen, und nun verſtattet er ihm das Deutſche Recht, wie ſeinem Dorfe Bela. Opol (Oppeln), den 15. Februar 1226.

In nomine domini iheſv chriſti AMEN. Kaſimirus dei gratia dux de opol preſentibus et

futurif preſens ſcriptum audituris in uere ſalutis auctore ſalutem. Quoniam multorum auaricia ſeu perfidia corrumpi ſolent ea que a quibusdam ſtatuuntur noſ ne noſtriſ ſtatutis ſimilia contingant prouidere uolenteſ per preſenſ ſcriptum intimamus tam moderniſ temporiſ noſtri quam ſequacibus noſtriſ quod anno gratie. M° cc° xxı°. x° kal. decembris. circuiuimus hereditatem cum baronibus noſtris nomine goſſintin. quam comeſ ſtogneuus in preſencia noſtri et baronum noſtrorum ſollempniter obtulit in manus domini. G. abbatis de lubens conferens eam pro remedio anime ſue. beate Marie in lubens preſentibus capellaniſ noſtriſ ſebaſtiano cancellario. Martino ſcemnizc. euſtachio. manico. et nobilibus noſtris. Jazckone. Nazzlao. woytech. grimizlao. ſtephano pluribusque aliiſ. Preterea de peticione iam dicti abbatis indulſimus poſtmodum. Anno domini M°. cc°. xxv°. iij° kal. decembriſ. pro remiſſione peccaminum noſtrorum coloniſ teutonicis in iam dicta uilla goſſintin omnem libertatem teutonicorum ſicut eſt in uilla noſtra Bela eximendo eoſ ab omni iure polonico ut eſt de poduuodiſ et preuuodiſ et ueſtigiiſ fugitiuorum indagandiſ et hiſ ſimilibus que a iure teutonico ſunt aliena. Inſuper conceſſimus eiſdem coloniſ carnificem unum. piſtorem unum. tabernarium unum ab omni exactione et inquietatione liberoſ. A collectiſ nichilominus ſeu peticionibus que in quibuſdam terriſ generaliter ad omneſ fiunt perpetualiter uolumus ut ſint immuneſ ſepedicti coloni. De expeditionibus ſimiliter extra terram. Infra uero ut iuriſ eſt pro communi defenſione terre. ut eo ualidius hoſtiliſ incurſio reprimatur tenentur fore obligati. De iudiciiſ autem hec erit lex ut de percuſſione et contencione et ſimplici uulnere non ad mortem nullum ad aduocatum uel iudicem noſtrum habeant reſpectum ſed iudicium inter ſe habeant. Auferimus namque omnem poteſtatem iudicibus noſtriſ iudicandi in iam dicta uilla preter iudicium capitiſ quod ad noſ reſpiciet. Quod iudicium uidelicet capitiſ et mortiſ abſolute iudici noſtro in bela exequendum committimus una cum ſculteto eiuſdem uille. Si uero placatio facienda fuerit de iam dicto iuditio capitiſ. una parſ nobis cedet. altera abbati. tercia ſculteto de goſſintin. Hoc autem iudicium in ſepe fata uilla goſſintin eſt exercendum ſiue in bela. Et quia per omnia iuri illo uolunt eſſe ſubditi quod eſt in bela ſtatuimus ut ſi quiſ polonus pro quacumque cauſa quemquam ipſorum prouocauerit tali iuditio teneatur ſecundum quod habitatoreſ de bela in huiusmodi cauſis iudicantuR. Acta ſunt hec in opol anno gratie. M°. cc°. xxvj°. xv°. kal. marcij. preſente domino Laurentio Wratiſlauienſi epiſcopo. Sebaſtiano cancellario. Martino zcemnizc. Reynoldo plebano de opol. Nicolao capellano epiſcopi et alberto capellano eiuſdem epiſcopi. Sdezlauſ etiam iudex huic negotio interfuit cum quibuſdam militibus. Preduozio grimizlao ſubiudice. Mathia nothario. petro capellano cancellarij. domazlao prepoſito de rebnic, et confratre eius Martino. : —

An Schreibleder-Streifen hangen zwei Siegel. Das erste, rund, ist das des Herzogs, in braungelbem Wachse, wie das vorige, nur fehlt der ganze Rand rechts, und das Siegel mit der Umschrift ist undeutlich. Das zweite ist auf gelblicherem Wachse, länglich, das Siegel des Bischofs Laurenzius, klein und von den vorigen unterschieden. Der Bischof, dessen Gesicht nicht deutlich, sitzt auf einem Stuhl mit Thierköpfen, in der rechten Hand hat er den Bischofsstab, im linken Arme hält er ein Buch. Umschrift: + SIGILLV LAVRENTII WRATISLAVIEN EPI.

Gregorius Papa IX.

XXXIX.

Bulle Papst Gregor des neunten, wodurch dem Kloster Leubus alle Besitzthümer und alle Vorrechte, welche Papst Honor in einzelnen Urkunden gab, feierlich bestätigt werden. Anagnie (Anagni), den 15. Juni 1227.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs abbatiae lubens ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis In perpetuam memoriam Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus . . . . . *)

*) Undeutlich geworden.

oposito reuocet aut robur quod absit sacre religionis refringat. Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et Monasterium sancte dej genitricis et uirginis Marie de Lubens .. in quo diuino mancipati estis obsequio sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercienfium fratrum in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones. quecumque idem Monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum. largitione Regum uel principum oblatione fidelium. seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentijs suis de lubens. de Wilkzin. de zlup. de Gneomir. id est vyazt. de Bogdanouo et de Godleouo. predia cum circuitibus et limitibus suis. Predium Bartholomei scilicet. Sconeuelt cum toto circuitu. Oathon (?) de Maze. de Jancouici. de Jannouici iuxta *) diuino. de Craieuo. et de paruo Craieuo. de Polkowici. de hel-

*) Undeutlich, aber noch zu errathen.

mech. de Bobrenici et de Brochleuici predia cum omnibus pertinencijs ſuis. Geſco-
nis. de preduchno. de Oprouo. et de zlauno predia cum omnibus pertinentijs ſuis. Predium Martinj zemeniz wrobinum. cum pertinentijs ſuis. Stanizlaj. et de Jarazlav predia cum pertinentijs ſuis inter Ozoblogam. et Stradunam uſque in Oderam. de Monkeſtorp. et de Conterſberch predia cum pertinentijs ſuis. Ex dono Henrici Ducis zleſie ducentos Manſos in territorio Lubucenſi. De Lubens de W.l.... *) de zlup. de Gneomir id eſt vyazt. de Bogdanouo. de Godleouo. * et Monkeſtorp. de Conterſberch de Quingentis Manſis in nemore ad aurum in vicino de zlup:. de Wolouo. et alio Wolouo. de Moiancici. de Grozanouo in Dewin .... * predij Quathen. De Maze. Jancouici. Jannouici juxta diuino. Craievo * et * paruo * C..... * ..... * helmici. * Dobren. Brocheuici. de Gnecheniz. predij Geſconis. preduchno. Oprouo zlauno. de zkalica * eorum que habuerunt vlricus ſueni de legniz. et Rodomelus Malenici. Sifridouici. de Wroblini. Stanizlai de Jarozlav * inter * Ozoblogam et Stradunam uſque in Odoram. predij Martini zemeniz ..... * que habuit zla..... * iuxta cozi. de Conare. Boraſſici. Mocidilnice. Balech. .. * in

*) Undeutlich geworden.

Wratiſ..... *) de pozariſch cum pertinentijs ſuis. eorumque Michora habuit in zorauin et de duodecim manſis in villa Tiſlini * cum omnibus pertinentijs eorundem decimas quas .. Wratizlauienſis Episcopus Wratizlauienſis * Capituli * ..... * de * conſenſu Monaſterio ueſtro pia liberalitate donauit. Ex dono .. lubucenſis Episcopi de conſenſu lubucenſis Capituli decimam de Ducentis Manſis in in (?) territorio lubucenſi. cum pratis. uineis. terris. nemoribus. ..... * et paſcuis in Boſco et plano. in aquis et molendinis. in uijs et ſemitis. et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus ſuis. Salua ſuper predictis decimis moderacione concilij generalis. Sane * laborum ueſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale ac eciam noualium que proprijs manibus aut ſumptibus * colitis. ſiue de ortis uirgultis et piſcationibus ueſtris. uel de nutrimentis ..... * ...rum * nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere. et eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in Monaſterio .... * profeſſionem. fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. Diſcedentem uero abſque ..... arum * ueſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſiquis retinere forte

*) Undeutlich geworden.

preſumpſerit licitum uobis ſit in ipſos Monachos uel conuerſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibemus .. *) terras * ſeu quodlibet beneficium eccleſie ueſtre collatum liceat alicui perſonaliter darj. ſiue alio modo alienarj abſque conſenſu totius Capitulj uel maioris aut ſanioris partis ipſius. Sique uero donaciones uel alienaciones aliter quam deinde eſt facte fuerint eas irritas eſſe cenſemus. Ad hec etiam prohibemus ne aliquis Monachus ſiue conuerſus ſub profeſſione ueſtre domus aſtrictus ſine conſenſu et licentia Abbatis et maioris partis ueſtrj **) Capituli pro aliquo fideiubeat. uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium capitulj ueſtrj prouidencia conſtitutus. niſi propter manifeſtam domus ueſtre utilitatem. Quod ſi facere forte preſumpſerit non teneatur conuentus prohijs aliquatenus reſpondere. Licitum preterea ſit uobis in cauſis proprijs ſiue Ciuilem ſiue criminalem contineant queſtionem fratrum ueſtrorum teſtimonijs uti. ne pro defectu teſtium ius ueſtrum in aliquo ualeat deperire. Inſuper auctoritate apoſtolica inhibemus. ne ullus Episcopus uel alia quelibet perſona ad ſinodos uel conuentus forenſes ..... * uel iudicio ſeculari de ueſtra propria ſubſtantia uel poſſeſſionibus ueſtris ſubiacere compellat. nec ad domos ueſtras cauſa ordines celebrandi .... * tractandj. uel conuentus aliquos publicos conuocandj

*) Undeutlich geworden.

**) j aus e gebeſſert.

uenire preſumat. nec .....*) Abbatis ueſtri electionem impediat. aut de inſtituendo uel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra ſtatuta ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si uero Episcopus in cuius parrochia domus ueſtra fundata eſt cum humilitate. * ac deuotione qua conuenit requiſitus ſubſtitutum abbatem benedicere. ac alia que ad officium episcopale pertinent uobis conferre renuerit licitum ſit eidem abbatj ſi tamen ſacerdos fuerit proprios nouitios benedicere ac alia que ad officium ſuum pertinent exercere. et uobis omnia ab alio Episcopo recipere que a ueſtro * fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut in recipiendis profeſſionibus que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur ea ſint Episcopi forma et expreſſione contenti que ab origine ordinis noſcitur inſtituta. ut ſcilicet Abbates ipſi ſaluo ordine ſuo profiterj debeant. ..... * ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere teneantur. Pro conſecracionibus uero altarium uel eccleſiarum ſiue pro oleo ſancto uel quolibet alio eccleſiaſtico ſacramento nullus a uobis ſub obtentu conſuetudinis uel alio quolibet modo quicquam audeat extorquere ſed hec omnia gratis uobis episcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat ..... * quemcunque malueritis catholicum adire antiſtitem gratiam et communionem apoſtolice ſedis habentem. qui noſtra fretus auctoritate uobis quod poſtulatur impen-

*) Undeutlich geworden.

dat. Quod ſi ſedes dioceſani Episcopi ..... *) uacauerit interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a ..... * et abſque contradictione poſſitis. ſic tamen ut ex hoc in poſterum proprijs Episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis ſiquem Episcopum Romane ſedis ut diximus graciam et communionem ..... m * notitiam habeatis per uos tranſire contigerit ab eo benedictiones uaſorum et ueſtium conſecrationes altarium ordinationes Monachorum auctoritate apoſtolice ſedis recipere ualeatis. * Porro ſi episcopi uel alij eccleſiarum Rectores in Monaſter.. ....ſtitutos * ſuſpenſionis excommunicationis uel interdicti ſententiam promulgauerint. ſiue etiam in mercennarios ueſtros pro eo quod decimas ſicut dictum eſt non perſolu... * ſine aliqua occaſione eorum que ab apoſtolica benignitate uobis indulta ſunt. ſeu ....tores * ueſtros pro eo quod aliqua uobis beneficia uel obſequia ex caritate preſtiterint uel ad laborandum adiuuer... * in illis diebus in quibus uos laboratis et alij feriamur eandem ſententiam protulerint ipſam contra ſedis apoſtolice indulta ..... * duximus irritandam: Nec littere ulle firmitatem habeant quas tacito nomine ciſtercienſis ordinis et contra tenorem apoſtolicorum priuilegiorem conſtiterit impetrarj. Preterea cum commune interdictum terre

*) Undeutlich geworden, und ſtellenweis ein Loch.

fuerit liceat uobis ..... *) in Monaſterio ueſtro excluſis excommunicatis et interdictis diuina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati ueſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere ....ntes * auctoritate apoſtolica prohibemus. ut infra clauſuras locorum .... * grangiarum ueſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere. ignem apponere ſanguinem fundere hominem temere capere uel interficere. ſeu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini ueſtro conceſſas. nec non et libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et principibus (?) uel alijs fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare. aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertioue commonita niſi ...tum * ſuum congrua ſatiſfactione correxerit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat. reamque ſe diuino iudicio exi-

*) Undeutlich geworden.

ſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domini redemptoris noſtri iheſu chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtrj iheſu chriſti. quatinus et hiſ fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN Amen

Monogram des Papſtes.

Ego Gregorius catholice eccleſie episcopus

Verſchränkter Zug und dann das bene valete.

In der Mitte folgende Unterſchriften, vor jeder ein Kreuz, hinter jeder ein Zug.

Ego Pelagi ..... *) Episcopus

Ego Conradus portuenſis ..... * Episcopus

Ego Guido preneſt .... * episcopus.

Links ſtehen auf gleiche Weiſe:

Ego Stephanus baſilice duodecim apoſtolorum preſbyter Cardinalis

Ego Thomas eccleſie Sancte Sabine Preſbyter Cardinalis

Rechts ſtehen ebenſo Folgende:

Ego Octauianus ſanctorum ſergij et Bachi Diaconus Cardinalis

Ego Rainerius ſancte Marie in Coſmidin Diaconus Cardinalis

Ego Stephanus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis

Ego Petrj ſancti Georgii ad uelum aureum diaconus cardinalis;;

*) Undeutlich geworden.

Lang aus ſteht unten:

Datum Anagnie per manum Magiſtri Sinibaldi ſancte Romane eccleſie vicecancellarij xvrj Kalendas Julij. Jndictione xv. Incarnacion ..... *) CC° xxvrj° Pontificatus uero domini GREGORII pape vrrrj Anno Primo.;

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle, mit einem weißlichen Ueberzuge bedeckt. Die Vorderſeite wie bei Honorius, die Rückſeite hat GREGORIVS. PP. VIIII. — Die Urkunde iſt durch Gebrauch und Waſſer ſehr undeutlich geworden, beſonders in der Mitte, wo auch ein großes Loch; daher die vielen Lücken.

Henricus I.

XL.

Herzog Heinrich giebt dem Kloſter Klein-Sichowa (Seichau) anſtatt Kotkhov; die Zehnten werden ebenfalls vertauſcht. Rogketniz, den 22. April 1228.

In nomine domini noſtri jheſv chriſti AMen. Tranſire uidentur dieſ cum tempore. pariterque facta modernorum preter illa que litterarum apicibus in teſtimonium ſuccedencium ſubmittuntur. Qvod noſ henricuſ dei et beati iohanniſ gratia dux zleſie conſiderateſ notumfieri uolui-

*) Undeutlich geworden.

mus tam presentibus quam futuri temporis hominibus per presens scriptum quod cum nos ad nutum et peticionem domini Guntheri uenerabilis abbatis de lubens uillam nostram de minore sichova cenobio lubensi pro alia villa kotkhov commutassemus decima eiusdem sichoue ad ecclesiam in wlan pertinente illud de nostra et coniugis nostre hedewigis permissione. nec non et filij nostri henrici iunioris ducis zlesie et anne uxoris sue capellano et nostro assenciente henrico cuius tunc temporis fuit ecclesia in Uvlan interuenire pertulimus quod idem abbas de consensu sui capituli tantumdem decime pro decima. et insuper trium mansorum decimam ecclesie de uulaN redonaret in duabus uidelicet uillis Lasnitova parua et Creyoua nuncupatis quod et fecit sicut tunc uiris discretis mediantibus sollerter fuerat interceptum. Set (?) ne aliquando cuiquam tam celebre factum dubium habeatur. censuimus nostro et filij. coniugis. et nurus. henrici capellani nostri superius memorati. sigillorum appensionibus cartam obiectam roborare. Actum in Rogketnizc. Anno gratie millesimo ducentesimo. XX°Viij°. X°. kalendas Maij. istis presentibus quorum nomina sunt subscripta. Zobezlaus. et Bolezlaus. duces boemie. Cunradus castellanus de Crozcna. Lassota. ..armundus. *) Boguzlaus. Nazclaus archidiaconus. Otto. Martinus. Cunradus. zlauicus. voyanus. et alij quam plures.

*) Undeutlich geworden, Warmundus.

Alle 5 Siegel, von weißgelbem Wachse, hangen an weißleinenen Fadenschnüren. Das erste ist sehr klein, mit einem nicht recht deutlichen Zeichen, dem Jesuiterzeichen ähnlich, darum steht † HEINRICI DE WŁA. — Das zweite ist das der Hedwig. Länglich, ein weibliches Bild steht, mit weitem Gewande, besonders mit weiten, lang, bis zur Erde, wallenden Aermeln, mit ausgebreiteten Armen da. In der rechten Hand scheint sie einen Zweig oder ein Zepter zu halten, in der linken etwas festeres und größeres, wie eine Kugel. Rund herum steht, noch sichtbar, da der Rand zerbröckelt ist: Hediwigis .. zlesi... Das dritte Siegel ist Heinrich des ersten bekanntes Siegel. Das vierte, Heinrich des zweiten, wie bei der Urkunde XXXVI. Das fünfte wieder ein längliches Siegel, eine gegen die rechte Seite gehende Frauengestalt trägt in der rechten Hand einen Zweig, auf jeder Seite vom Boden aus eine Zweig-Verzierung. Rund herum steht: Anna di gra iunior zlesie dvcissa.

Zobezlaus dux Bohemiae.

XLI.

Zobeslaus bestätigt die Schenkung der Dörfer Radlizc, Cruzci und Prestawilci an das Kloster Leubus, gemacht von seinem Ritter Pribizlaus. Rogniz, den 11. Mai 1228.

In nomine domini nostri ihesv christi AMen. Obliuioni traduntur facta mortalium. nisi firmis litterarum apicibus posteris relinquantur. Inde est quod nos Zobezlaus dei gracia dux Boe-

mie notificamuſ tam preſentibuſ quam futuriſ. quod bone memorie Pribizlaus mileſ noſter. uiam uniuerſe carniſ ingredienſ. de ſcire meo et uoluntate bona. domui lubenſi in terra zleſie ubi ſepulturam elegit. pro remedio anime ſue. et fratriſ ſui wraſconiſ. pia liberalitate treſ hereditateſ ſuas contulit. uidelicet Radlizc. Cruzci. Preſtawilci in prouincia curimenſi ſitaſ. ita inquienſ. quod nulli cognatorum ſeu amicorum ſuorum memorataſ cuperet hereditateſ intantum. ſicut filio dei et eiuſ genitrici. nec aliquem uellet relinquere de ſuo patrimonio heredem. preter beatam virginem et eius filium qui pro ipſo mori dignatus eſt. Ne autem ulli hominum factum tam celebre in dubium uertatur. ſigilli noſtri appenſione et teſtium ſubſcriptione preſentem cartam duximus roborandaM. Actum in Rognizc Anno gracie M°. cc°. xx°viii°. v°. idus Maij. iſtiſ preſentibus. Dioniſio. Jatozlao. znancone. Petro. zezema. Uvladone. Streſimiro. Roſnata. Martino. conzſa. militibus. Stephano. Marco fratre cozſe. Marco. tiderico ſacerdotibus. et Godonione.

An weißleinenen Fäden hängt das Siegel des Herzogs, in braunem Wachſe. Ein zweiköpfiger Adler, ſehr verletzt und abgebröckelt. Von der Umſchrift lieſ't man nur noch: † SIGIŁ. ZEB..... WI..... BOEMIE.

Heinricus I.

XLII.

Herzog Heinrich beſtätigt die Schenkung von Bartosdorf, bei Liegnitz, dem Kloſter Leubus von ſeinem Ritter Bartos gemacht. Croſſen, 1228. (1229.

Nos Heinricus dei gratia Dux zleſie. Notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris. quod Bartos miles noſter villam ſuam prope Lignic ſitam. proprio que nomine nominatam. coram nobis. pro ſuorum remedio peccatorum. deo et beate MaRie virginis eccleſie in Lubens. ad manum Guntheri Abbatis contulit. perpetuo pacifice poſſidendam. ſub tali tamen forma. ut ad terminum uite proprie. et vxſoris. utriſque predicte uille uſus libere deſeruiret. Poſt mortem uero ipſorum de uilla prememorata fieret. quidquid Abbati. et conuentuj eiuſdem eccleſie ſanius uideretur. et ipſam reciperet eccleſiam uoluntatj proprie ſeruituram. Huius rei teſtes ſunt Bero Aduocatus. noui forj. Nemezo miles. Heinricus nouj fori Scultetus. Alexſander Scultetus de wratiſlauia. Dominuſ Heinricus de wlen. wratiſlavienſis Canonicus. Heinricus phyſicus noſter. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnacionis. M°. cc°. xx°. viii°. Et ut hec ipſius donacio. a nullo ualeat hominum poſtmodum immutari. Sigilli noſtri munimine duximus roborandam. et ut ampliori firmitudine muniretur. poſtmodum in Croſten (?) ad expedicionem contra teutonicos. coram

filio nostro Heinrico Juniore Duce zlesie. et nepotibus nostris. Zebeslao. et Boleslao. Ducibus Bohemie. et omnibus terre nostre baronibus concessi *) fuimus. nullo contradicente. coram nobis. et prenominatis. hanc donacionem solempniter esse factam.

An gelb-, blau- und weißseidener Fadenschnur das Siegel des Herzogs, in braunem Wachse, meist gut erhalten, besonders in der Schrift.

Heinricus I.

XLIII.

Herzog Heinrich bestätigt, daß Graf Stoygneus dem Kloster das ganze Dorf Bogunovo und die Hälfte von Vezurocona geschenkt, und daß Graf Rosech seinen Einreden dagegen entsagt habe. Vraz, den 22. Januar 1231.

In nomine ihesv christi Amen. Quum teste ueritate in nouissimis diebus multorum karitas refrigescet. ne rite acta impiorum peruersitas ualeat perturbare. nos. H. dei et beati Johannis patrisque nostri gracia Dux zlesie ad posteros et presentes fideles animaduertimus diriuandum. quod comes Stoygneus filius Comitis Conradi pro remedio peccatorum suorum contulit villam totam Bogunovo uulgo dictam et medietatem alterius ville Vezurocona dicte deo et beate MaRie in Lubens inperpetuum possidendas. nostro assensu nostrique filij Henrici super hoc accedente. Verum cum super hoc Comes Rosech filius Dirsikraij domino Abbati et quibusdam fratribus de Lubens circa nos in Crosten commorantibus mouisset questionem. et mediantibus nostris baronibus sopita fuisset questio inter ipsos. et modus conpositionis in alia nostra littera sit expressus. nos et noster filius iterato uolentes expressius finem litibus imponere. notificandum posteris decreuimus quod sepe dictus Comes Rosech coram nobis fuit protestatus quod ipsam donationem Lubensi cenobio a cognato suo Stoygneo factam et a seipso per compositionem memoratam. uberius confirmatam. ab omnibus cognatis suis presentibus uel futuris est pollicitus emercari. ita quod nullus de cognatis ipsius comitis Rosech memoratis Domino Abbati et fratribus de Lubens super hijs villis mouere ualeat amplius aliquam questionem. Sepe fatum autem cenobium de Lubens pacifica possessione ipsarum villarum ualeant in perpetuum exultare. Acta sunt hec coram nobis et nostro filio iuniore Duce Zlesie. Anno dominice incarnationis. M°. cc°. xxxi°. in vraz. in die beati vincentij episcopi. presentibus nostris nepotibus Sobezlao. et Bolezlao. Ottone subdapifero nostro. et Stephano fratre eius. Gaulo camerario nostro. Pribiwoy. fratre eius. Domino Naszlao Prothonotario nostro.

*) Geändert aus conssi, aber das s steht noch deutlich da.

Domino Conrado de Roketenizc Prothonotario filij noſtri, et alijs quam pluribus.;

An Schreibleder-Streifen hangen zwei Siegel in gelbem Wachſe. Das erſte Herzogs Heinrich I, ziemlich gut erhalten, das andere ſeines Sohnes, Herzogs Heinrich II, gut erhalten, indem man hier deutlich den Adler auf dem Schilde ſieht, mit der Binde, über welcher ein kleines Kreuz ſteht.

Gregorius Papa IX.

XLIV.

Der Papſt beſtätigt dem Kloſter die Einkünfte, welche es von dem verſtorbenen Caſtellan von Sidlou, Peregrinus, erhielt. Interamnium (Terni), den 7. Mai 1232.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj et Conuentuj Monaſterij de Lubes Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs uotis et iuſtis ſupplicantum poſtulationibus fauorem beniuolum impertirj. Eapropter dilectj in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu. redditus quoſdam quos de conceſſione bone memorie Peregrinj Caſtellanj de Sidlou. et quorundam aliorum nobilium nos canonice proponitis aſſecutos ſicut illos iuſte ac pacifice poſſidetis uobis et per uos Monaſterio

ueſtro auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere. uel ej auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petrj. et Paulj apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Interapnii Nonas Maij. Pontificatus noſtrj Anno Sexto, ..

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle des Papſtes, wie bei XXXIX. Wohl erhalten.

Gregorius Papa IX.

XLV.

Gregor erlaubt den Aebten der Ciſtercienſer Klöſter des Breslauer biſchöflichen Sprengels, daß ſie die Geiſtlichen, welche unter einander in Streit gerathen, und Hand an einander legen, beſtrafen zu können, ihr Verbrechen ſei denn ſehr ſchwer. Iteramnium, den 10. Mai 1232.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej Venerabilj fratrj .. Epiſcopo Wratiſlauienſi et Dilecto filio .. Abbatj de Lubes Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua filj Abbas et dilectorum filiorum Conuentus

Monaſteriorum *) tue cure commiſſorum * fuit a nobis humiliter poſtulatum ut cum quibuſdam ex ipſis quorum quidam ingreſſum in dicta * Monaſteria * ſymoniacum habuerunt, quidam uero tam pro iniectione manuum in ſe ipſos quam religioſos alios uel ſeculares clericos uiolenta ſeu pro detentione proprij uel inobedientie aut conſpirationis offenſa excommunicationis uel ſuſpenſionis uinculo innodatj ſacros ordines ſuſceperunt, aut diuina officia celebrarunt, ne occaſione huiuſmodi detur eis euagandj materia in ſalutis proprie detrimentum, eis primitus iuxta formam eccleſie abſolutis diſpenſarj per diſcretos aliquos in illis partibus faceremus. Nos igitur de diſcretione ueſtra plenam fiduciam obtinentes dictum negotium uobis quj de factis et eorum circumſtantijs uniuerſis intelligere poteritis plenius ueritatem duximus committendum. diſcretionj ueſtre per apoſtolica ſcripta mandantes. quatinus circa fratres predictos illis qui manus iniecerunt in ſe inuicem uiolentas, per uos, illis uero quj in fratres clauſtri uel religionis alterius ſeu ſeculares clericos preſumpſerunt huiuſmodj uiolentiam exercere, per uos ac paſſorum iniuriam Abbates uel Prelatos etiam, niſi exceſſus eorum eſſent adeo difficiles et enormes, quod commiſſores eorum eſſent ad ſedem apoſtolicam tranſmittendj iuxta formam eccleſie abſolutis et iniuncto eis quod ta-

*) Bei den mit einem Stern verſehenen Worten ſind die letzten Buchſtaben mit einer ſchwärzern Tinte, und, wie es ſcheint, von einer weit ſpäteren Hand geändert, und zwar iſt aus der Einzahl die Mehrzahl gemacht.

libus conſueuit iniungi, tam ſuper hijs qui ſymoniacum in prefata * Monaſteria * habuerunt ingreſſum iuxta generalis ſtatuta concilij quam ſuper alijs ſupradictis iniuncta eis primitus penitentia competentj ſtatuatis quod animarum ipſorum ſalutj uideritis expedire. Si uero ſcienter excommunicatj uel ſuſpenſi celebrauere diuina aut ordines ſuſceperunt, eis per biennium a diuinis ſuſpenſis, cum eiſdem poſtmodum auctoritate noſtra poteritis prout expedire uideritis diſpenſare. Prouiſo quod huiuſmodj proprium filj Abbas in tuis manibus reſignetur. in utilitatem eiuſdem monaſterij conuertendum. Datum Iterampnum vj. Idus Maij. Pontificatus noſtrj Anno Sexto.;

An einem Bindfaden die bleierne Bulle des Papſtes, wohl erhalten.

Gregorius Papa IX.

XLVI.

Papſt Gregor beſtätigt die 500 Manſus bei Goldberg und andere Beſitzungen mehr. Iterampnum, den 12. Mai 1232.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs ... Abbati et Conuentuj de lubes Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit. et ne prauorum hominum moleſtijs

agitentur eos, tanquam pia mater ſue protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis precibus inclinati perſonas ueſtras. et monaſterium in quo diuino uacatis obſequio, cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Quingentos magnos manſos in ſilua citra Oppidum quod Mons aureus uulgariter appellatur. et Ducentos in territorio de lubus a Nobili uiro. H. zlezie. nec non terras. ſiluas. aquas. et poſſeſſiones alias cum iuribus et pertinentijs ſuis in territorio de Nakel, a Nobili uiro Wlodiſlao iuniore Polonie Ducibus prout in litteris exinde confectis dicitur plenius continerj. ac inſuper Bogunouo et Goſſujtin (?) cum medietate predij quod Wrotina uulgariter nuncupatur, a Nobili uiro Comite Stogneuo Monaſterio ueſtro pia liberalitate collata. Monikildorph. Gunterſberch. et Sichoua predia. cum redditibus et alijs bonis ueſtris ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis uobis et per uos dicto Monaſterio ueſtro auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis. et confirmationis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Iterampnum iiij. Id. Maij Pontificatus noſtrj Anno Sexto.;

An roth- und gelbſeidenen Fäden hängt das gewöhnliche Bleiſiegel, etwas verkalkt.

Roſec.

XLVII.

Roſek ſchenkt dem Kloſter Leubus das Dorf Sitna (alias Schmechtenhayn, wie außen auf der Urkunde ſteht,) im Kaliſcher Bezirk. Am Flus Neßobe (Neße), den 18. Juli 1233.

IN nomine domini noſtri iheſu chriſti. Amen. Quum omnia que temporaliter aguntur per decurſionem temporis annullantur. preter ea que litterarum apicibus communita ſequatium memorie relinquntur. Inde eſt quod ego Roſec filius dirſicrai notum facio preſentibus et futuris hanc paginam inſpecturis quod pro remedio anime mee. et aui mei. et fratris mei Dirſicrai. contuli deo et beate Marie uillam ſitna nuncupatam in territorio kaliſenſi cum omni iure attinenti. Videlicet Agris. Pratis. Pomerijs. Paſcuis. cenobio lubenſi ordinis cyſtercienſis conſtructo in honore eiuſdem beate et intemerate virginis marie. coram duce polonorum Wlodizlao filio quondam ducis pie memorie odonis. alijſque teſtibus quam pluribus ſcilicet epiſcopo poſnanienſi Paulo. Zandiwoyo. caſtellano kaliſenſi. Gozyzlao tribuno. Domerato. Johanne filio Dobrogoſti. Boguſa filio Sceſzlay. et ut hec inconvvlſa perpetuo

permaneant roborare curaui sigillo prenominati ducis et meo. Acta sunt hec in colloquio quod fuit super aquam que uocatur neszobe. Anno gratie domini. M°. cc°. xxx°III°. xv°. kalendas Augusti.

Die Urkunde ist auf schwarzen Linien deutlich geschrieben. — An roth- und gelbseidener Fadenschnur hängt das Siegel des Herzogs, in braunem Wachse. Das Siegelbild hat die größte Aehnlichkeit mit dem zweiten Siegel Herzogs Boleslaus I von Schlesien (siehe IV.), und die Umschrift lautet: † WOLODIZLAWS DEI GRACIA DVX IN VSTE. (?) Auf dem Schilde hat er nur einen Adler, nicht, wie Boleslaus, ein Kreuz. Das Siegel ist meist gut erhalten. Von einem Siegel des Rosek, welches doch in der Urkunde, als mit angefügt, bemerkt wird, findet sich keine Spur, auch nicht eine Anzeige, daß je ein solches vorhanden gewesen sei.

Engelhardus Nuwenburgensis Episcopus.

XLVIII.

Engelhard, Bischof von Naumburg, seine Domherrn und mehre andere im Eingang Genannte, überreichen dem Papst Gregor eine beglaubte Abschrift der Urkunde des Bischofs Laurenzius von Breslau, unter XXII, zur Bestätigung. O. O., J. u. T.

SAnctissimo ac Reuerentissimo in christo patri ac domino. G. sacrosancte Romane sedis summo pontifici. H. miseratione diuina Misnensis Episcopus. P. eiusdem ecclesie Decanus. C. Wrcinensis prepositus. L. de Swenebecke Magdeburgensis canonicus. quondam Maguntine Ecclesie Scolasticus. Obedientiam. subiectionem. et reuerentiam. tam debitam quam deuotam. Sedes apostolica eiuf exemplo qui est ueritas in omni gressu suo per semitas graditur ueritatis. discretionis libramine agenda preueniens iuste examinationis molimine acta discutiens. rite actis precipue auctoritatis munimine robur addens. et sic in meditatione discretio. in examinatione iudicium in confirmatione auctoritas. ita custodiunt uias eius. quod in luce gradiens et semper ad lucem prodiens non offendit. immo sunt equa semper et lucida eius moderamina potestatis. Hinc est quod uenerabilis in christo. G. Abbas Lubensis Monasterii. Cysterciensis ordinis. Wratizlauiensis Diocesis. de benignitate sedis apostolice habens fiduciam et spem firmam. cum humilitate et reuerentia decenter et humiliter ad nos uenit. religiose sue plantacionis unicum priuilegium nobis exhibens et ostendens. cuius est per omnia talis tenoR

(Siehe Urkunde XXII. Das I ist schön verziert, und nimmt, vorne stehend, eine Länge von 16 Zeilen ein; die verlängerte Schrift der Urschrift ist nicht nachgeahmt, und so fehlen denn auch die Punkte zwischen den Worten der Anrufungs-Formel. Sonstige Abweichungen sind:)

2. Laurentius 3. Episcopus 4. pietatis officii 5. petitionibus 10. nos 12. uenerabilis Guntheri de Lubens 13. omnes decimas 14. quas 18. temporibus 20. fratribus 25. porcio 26. egidius cancellarius 29. tercie partis 33. Bogdanovo 34. Godkovo. villa

40. tevtonicif Olav 41. primif 43. maldratif
52. eccleſie noſtre opuſ 55. iuriſ noſ
56. Zlup 59. cuiuſ 61. ducentiſ
63. contuleramuſ 67. eccleſiis 68. commutationiſ
69. decimiſ nobiſ 70. eccleſiiſ illiſ
71. prefate eccleſie 73. alteriuſ 74. velauez
75. Quatkoniſ. cuiuſ 77. porcione 79. eccleſia
81. paciſ particulariſ 82. percepcio
87. uilla camerarii 90. duciſ 91. noſ
92. vlrici 94. Sifridovici vin
95. Decimaſ Jarozlau 98. feliciſ recordationiſ
99. Jarozlauſ 102. iuriſ 104. hoſ terminoſ
106. Glinane. zlaucouo 110. de für ho
111. tociuſ illiuſ 113. noſ 114. 116. vincencii
121. Cecilie noſ 125. ſeculariſue 131. Johanniſ
139. 140. Heinricuſ zleſie victor
142. (der zweite) Egidiuſ 143. Alarduſ 144. Wi-
tozlauſ
145. auch Bolezlauez, das o ſcheint aber aus e gebeſſert.
146. Zobezlauſ 147. Predzlauſ 148. Petruſ

Nach dem Schluſſe der Urkunde, unter XXII, lautet nun dieſe folgendergeſtalt weiter:

Cum igitur parum ſit ad plantam manum mittere quin eadem et rore gratie ſit compluta. et confirmationiſ apoſtolice robore ſolidata. predictuſ Abbaſ et Capitulum eiuſ tanquam effectum ab efficiente et opus ab opifice a uobis ſui priuilegii confirmationem cum reuerentia poſtulat et expoſcit. et quia idem originale priuilegium. propter locorum diſtanciam et uiarum diſcrimina et euentus uarioſ ueſtro apoſtolatui non potuit apportari. noſ a dicto Abbate in teſtimonium euocati. quantum poſſumus et debemus preſentibus noſtris et apertiſ litteris proteſtamur. quod idem priuilegium tam Epiſcopi quam Capituli eius ſigillis bullatum. et tactuſ officio attractauimus. et fide perſpeximus oculata. et de ipſo priuilegio preſens tranſſcriptum de uerbo ad uerbum. cum ſuis diſtinctionibus. punctiſ. et locorum nominibus. ſine aliqua diminutione uel aucmentatione. uel puctorum (?) uariatione tranſſcribi fecimus et ſub noſtrorum munimine ſigillorum ueſtre tranſmittimus ſanctitati. reuerentie ueſtre proſtrati pedibus. ſupplicantes. quatinus ipſum autentico ueſtro inſerere. et auctoritate dignemini apoſtolica confirmare.

Ego Engelharduſ dei gracia Nuwenburgenſis Epiſcopus. et Capitulum meum. habita de huius tranſſcripti ex inſpectione originaliſ priuilegij bullati. plena fide. preſenti pagine ſubſcribo. et ueſtro apoſtolatui pro dicto Abbate et eius eccleſia. cum humilitate et reuerencia ſupplico.

Noſ Rudolfuſ prepoſituſ. Henricuſ Decanus. totumque Capitulum Merſeburgenſe. venerabili patre et domino Epiſcopo noſtro extrà prouinciam conſtituto. habita de huiusmodi tranſſcripto et originali bullato plena fide priuilegio. preſenti pagine ſubſcribi fecimus. et eidem sigillum noſtri Capituli appendenteſ. ueſtro Apoſtolatui pro dicto Abbate ac eiuſ Monaſterio cum humilitate et reuerentia ſupplicamus.

Obgleich die Unterſchriften der Namen mit Ego anfangen, iſt doch alles, wie bei Urkunde I, von einer Hand geſchrieben.

An rothſeidenen Fadenſchüren, worin bei 1 und 4 gelbe Fäden gemiſcht, hangen ſieben Siegel in gelbem Wachſe. Das erſte, längliche, zeigt einen auf einem Stuhl mit Hundsköpfen ſitzenden Biſchof, in der rechten Hand den Biſchofsſtab, in

der linken ein offenes Buch haltend. Umschrift: † HEIRICVS: *) DEI: GRACIA MISNENSIS: EPC. Das zweite ist ein kleines längliches Siegel, ein stehender Geistlicher, die rechte Hand zum Segnen erhoben, in der linken ein offenes Buch. Umschrift undeutlich. † SIGILLVM MI...SIS DECANI. Das dritte ist nur ein Bruchstück, ein stehender Geistlicher, der die Hände gefaltet zu haben scheint. Von der Umschrift nur sichtbar: ..VNRADVS WRTIN..... Auf dem vierten eine knabenähnliche Gestalt, welche einem Schwan ein offenes Buch auf den Rücken gelegt hat. Die Umschrift ist theils zerstört, theils undeutlich. ...LVDOLFI DE SVANEBE..... Auf dem fünften ein stehender Bischof, die rechte Hand zum Segnen erhoben, und in der linken den Bischofsstab. Umschrift: † ENGELHARDVS NVENBVRGENSI.. PISCOPVS. Alle vorigen waren länglich, die beiden letzten sind rund. Sechse: zwei knieende Männer, von denen der eine die rechte, der andere die linke Hand mit 2 Schlüsseln erhoben hat, über ihnen schwebt die Taube. Umschrift: SIGILLVM. NVEMBVRGENSIS. ECCLESIE. Das siebente ist bedeutend groß. Oben Altdeutsche Thürme und Häuser, und darunter stehen, unter runden Bogen, zwei Heilige, bis über die Mitte des Leibes sichtbar, und zwischen ihnen ein kleines Bethaus, der eine links (dem Beschauer stehend) hält mit beiden Händen eine Scheibe, auf der ein Lamm, zu seinen Häupten steht links: S. JOH'S B. rechts: APT'. Der andere hat die rechte Hand erhoben, und mit der linken ein Buch an den Leib gedrückt. Umschrift links: S. LA. rechts: URENTI'. Die Umschrift des Siegels selbst: † SIGILLVM. ECCLESIE. MERSEBVRGENSIS.

*) Es zeigt sich keine Spur eines n Striches über I.

Gregorius Papa IX.

XLIX.

Der Papst bestätigt die 3000 Mansus bei Nakel, welche der Herzog von Pohlen schenkte, und deren Zehnten, welche vom Bischof von Posen herrühren. Anagni, den 9. September 1233.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui de Lubes Cistertiensis ordinis, Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti *) in domino filij uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. possessiones in deserto Territorij de Nakel, et Triamilia Mansorum magnorum, que Nobilis uir .. Dux Polonie, ac decimas eorundem Mansorum, quas venerabilis frater noster, .. Episcopus et dilecti filij Capitulum Poznaniense sicut spectabat ad eos, uobis et Monasterio uestro, pietatis intuitu liberaliter contulerunt, prout in instrumentis eorum inde confectis dicitur contineri, sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli

*) Da steht eigentlich dilecti.

ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagnie. v Idus Septembris Pontificatus noſtrj Anno Septimo.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle des Papſtes, wohl erhalten.

Gregorius Papa IX.

L.

Niemand darf vom Kloſter Zehnten von den durch die Geiſtlichen deſſelben oder auf ihre Koſten urbar gemachten Ländereien fordern, wenn noch nicht früher Zehnten davon genommen worden ſind. Anagni, den 9. September 1233.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui de lubes Ciſtertienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Religionis ueſtre promeretur honeſtas. ut uos et Monaſterium ueſtrum fauore beniuolo proſequentes. petitionibus ueſtris quantum cum deo poſſumus annuamus. Ea propter dilecti in domino filij, ueſtris ſupplicationibus inclinati. auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. nequis

de noualibus que proprijs manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſeu de ueſtrorum animalium nutrimentis, nullus a uobis decimas exigere, uel extorquere preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagnie. v Idus Septembris Pontificatus noſtrj Anno Septimo.

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle des Papſtes, ſehr wohl erhalten, zum Theil noch in Leder eingenäht.

Gregorius Papa IX.

LI.

Der Papſt beſtätigt dem Kloſter die Zehnten der 500 Manſus bei Goldberg, die bei Wolov, Jaroslav und in einigen andern Dörfern, wie die Urkunde des Breslauer Biſchofs dieſe Schenkungen bezeichnet. Anagni, den 9. September 1233.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui de lubes Ciſtertienſis ordinis, Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et

honeſtum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis. ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu. Quingentorum Manſorum magnorum, circa aureum montem. et de Wolouo. et de alio Wolouo. ac de Jarozlau. et quarundam aliarum villarum et Manſorum decimas poſſeſſiones et res alias, quas venerabilis frater noſter .. Epiſcopus et dilecti filij Capitulum Wratiſlauienſe ſicut ſpectabat ad eos, uobis et Monaſterio ueſtro pietatis intuitu liberaliter contulerunt, prout in eorum autenticis litteris inde confectis dicitur contineri, ſicut ea iuſte ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagnie v Idus Septembris Pontificatus noſtrj Anno Septimo.

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur die bleierne Bulle des Papſtes, wie früher, gut erhalten.

Gregorius Papa IX.

LII.

Papſt Gregor verſtattet dem Kloſter Leubus, die Strafe der Exkommunikazion aufzuheben, damit nicht die damit Beſtraften ſich erſt an den Päpſtlichen Stuhl zu wenden brauchen. Anagni, den 10. September 1233.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. venerabili fratri .. Epiſcopo Wratiſlauienſi et Dilecto filio .. Abbati de Lubes Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis tua fili Abbas petitio continebat. quod nonnulli tui et aliorum Monaſteriorum tibi ſubiectorum Wratiſlauienſis dioceſeos Monachi et Conuerſi pro uiolenta iniectione manuum in ſe ipſos, uel alios religioſos et clericos ſeculares. et quidam pro detentione proprij. alij etiam pro negata tibi et Abbatibus ſuis *) obedientia, ſeu conſpirationis offenſa in excommunicationis laqueum inciderunt. et quidam ingreſſum habuerunt in Monaſteria ipſa per uitium ſymonie. Quorum quidam receperunt ordines. et diuina celebrarunt officia ſic ligati. Quare de ipſorum ſalute ſollicitus poſtulaſti. ut ſuper hijs eorum ſaluti prouidere miſericorditer dignaremur. ne ſi cogantur propter hoc apoſtolicam ſedem adire,

*) Unter beiden Worten iſt das Pergament geſchabt und etwas geändert.

in ſuarum euagentur periculum animarum, et eadem Monaſteria cum non habeant proprium, expenſarum onere pregrauentur. Volentes igitur eorum ſaluti et indempnitati dictorum Monaſteriorum paterna ſollicitudine prouidere, ac de circumſpectione ueſtra plenam in domino fiduciam obtinentes, diſcretioni ueſtre preſentium auctoritate committimus. ut eiſdem excommunicatis hac uice iuxta formam eccleſie abſolutionis beneficium impendatis. Prouiſo quod manuum iniectores paſſis iniuriam ſatiſfaciant competentibus. et ſi aliquorum fuerit grauis et enormis exceſſus, illos mittatis ad ſedem apoſtolicam abſoluendos. Illis autem qui abſolutionis beneficio non obtento per ſimplicitatem et iuris ignorantiam receperunt ordines et diuina officia celebrarunt, iniuncta penitentia competenti, ea pacta, liceat uobis cum eis de miſericordia que ſuperexaltat iudicio, prout eorum ſaluti expedire uideritis diſpenſare. Si uero prefati excommunicati ſcienter in contemptum eccleſiaſtice diſcipline talia preſumpſerunt, eis per annum ab ordinum executione ſuſpenſis et iniuncta ipſis penitentia ſalutari, cum eis poſtmodum ſi fuerint bone conuerſationis et uite, ualeatis auctoritate apoſtolica diſpenſare. ſicut uideritis expedire. Proceſſuri circa ſymoniacos, ſecundum ſtatutum concilij generalis. Tu autem fili abbas proprium ſiquod habent dicti Monachi et Conuerſi, in tui. ..nibus *) facias reſignari. Monaſteriorum ipſorum quibus illud debetur uſi-

*) Verloſchen.

bus applicandum. Datum Anagnie iiij Idus Septembris. Pontificatus noſtrj anno Septimo:,

An einem Bindfaden die wohl erhaltene Bleibulle des Papſtes.

Gregorius Papa IX.

LIII.

Der Papſt verſtattet den Ciſterzienſer Klöſtern insgemein, daß ſie Exkommunikazionen nur dann bekannt zu machen brauchen, wenn es ihnen vom päpſtlichen Stuhle ſelbſt, oder einem Legaten befohlen wird.

Perugia, den 29. November 1234.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati Ciſtertij et vniuerſis Coabbatibus ſuis Ciſtertienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudioſius diuine contemplationi uacatis deuote domino famulando, tanto libentius quieti ueſtre uolumus prouidere. Cum igitur ſicut porrecta nobis ueſtra petitio continebat nonnunquam iudices a ſede apoſtolica delegati alicuique ueſtrum plerumque Priori uel Suppriori ordinis Ciſterciensis iniungant, ut excommunicent, aut excommunicatos denuntient proprios ſui Monaſterij fundatores ſeu Ciuitatum. Caſtrorum quoque ac villarum Communia in quorum territorio uel confinio ſunt Monaſteria ueſtra ſita ſine quorum pace ſubſiſtere uix poteſtis, et quod ad villas ex-

tra Monasterium personaliter accedentes, eosdem excommunicatos ab eis singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis et candelis accensis publice nuntient euitandos propter quod quies monastici ordinis perturbatur, et frequenter incuritis (?) odia plurimorum, nos tranquillitati et quieti uestre uolentes paterna sollicitudine prouidere, auctoritate presentium districtius inhibemus nequis predictorum absque mandato sedis apostolice speciali, aut legati ab eius latere destinati premissa uobis iniungere, ac ad ea compellere uos presumat inuitos. eadem auctoritate uobis nichilominus concedentes, ut si secus quod non credimus presumptum fuerit, uos eis in premissis non teneamini aliquatenus obedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Perusij. iij. kal. Decembris. Pontificatus nostrj anno Octauo,

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die sehr wohl erhaltene Bleibulle. — Hinten auf der Urkunde steht ein großes M A. Dabei, zwischen zwei Kreuzen, ein Trutenfuß  und darüber Cist'.

Gregorius Papa IX.

LIV.

Der Papst bestätigt den Cisterzienser Klöstern, daß die Patrone und Advokaten der Klöster keine Leistungen von ihnen erpressen dürfen, die gegen ihre Rechte sind, eben so wenig wie Fleisch bei Mahlen von ihnen verlangt werden darf, und Frauen ihre Klöster betreten sollen. Perugia, den 1. Dezember 1234.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis .. Abbati Cistercij. et vniuersis coabbatibus suis Cistercienſibus. Salutem et apostolicam benedictionem. Quia refrigescente caritate multorum adeo iniquitas habundauit, ut quorumdam succensa uelut ignis impietas contra ecclesias et personas ecclesiasticas tanto uallidius (?) imflammetur, quanto rariores qui eas tueantur contra prauorum incursus inuenit obiectores, nos quibus ipsarum cura et sollicitudo incumbit ibi fortius insurgere cogimur ubi persecutorum immanitas periculosius exardescit. Sicut enim nobis ex parte uestra grauis est oblata querela nonnulli principes ac nobiles occasione iuris patronatus aduocatie seu custodie quam in Monasteriis. Grangiis. cellariis uel domibus uestris se habere proponunt ac interdum etiam pro sue libito uoluntatis, et quidam ecclesiarum prelati a quibus debeatis non grauamen set (?) solamen potius expectare. bladum, uinum. euectiones animalia et res alias pro edificatione ac munitione castrorum et uillarum, nec non pro tirociniis.

torneamentis. expeditionibus. et aliis usibus eorumdem a uobis exigunt et extorquent. alias uos taliis et exactionibus indebitis multipliciter aggrauando. Preterea quidam ex ipsis et alij carnes commedere in uestris domibus ac mulieres etiam easdem domos ingredi contra instituta uestri ordinis non uerentur. propter quod et quies monastici ordinis perturbatur et graue commissis uobis Monasteriis imminet detrimentum. Quare nobis humiliter supplicastis. ut super hiis paterna prouidere sollicitudine dignaremur. Nos igitur et uestre prouidere quieti et molestantium malitiis obuiare uolentes, auctoritate presentium districtius inhibemus. ne quis a uobis premissa exigere uel extorquere aut in uestris domibus uti carnibus seu mulier aliqua eas intrare presumat contra ipsius ordinis instituta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. perusij kal. Decembris Pontificatus nostri anno Octauo,

An roth- und gelbseidener Fadenschnur die wohl erhaltene Bleibulle des Papstes.

Gregorius Papa IX.

LV.

Der Papst trägt den Dekanen zu Meissen und Budissin, so wie dem Propst zu Budissin auf, die Klagen der Cisterzienser, in dem Gnesener Kirchsprengel, wegen Raub und Bedrückung zu untersuchen.

Perugia, den 1. Dezember 1234.

Gregorius episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Misnensibus, et .. Budisinensibus Decanis. et .. Preposito Budisinensi Misnensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad similitudinem dej conditus, et quasi quoddam diuine potentie signaculum homo factus, ac mentis ratione recepta, tam excellentis pulcritudine ymaginis decoratus ante quam plene sua incrementa uideret, elatione cordis intumuit. et quod de infimis formatus fuerat, est oblitus. vnde mira corditoris (?) *) est actum iustitia, ut qui per sensum quem „receperat“ (?)**) rationalem superbunt. rursum terra per mortem fieret, quam se esse humiliter non agnouit. et qui peccando dej similitudinem uoluntarius perdidit, rediret ad limi sui materiam uel inuitus. nec prima preuaricatione contenta posteritas, legis naturalis auctoritatem quam do-

*) Schreibfehler, für conditoris.

**) So zwischen Gänsefüßchen in der Urschrift. Vergl. etwas Aehnliches oben S. 81.

minus humanis mentibus quaſi ab ipſo mundi primordio indidit et digito ſue inſpirationis impreſſit. ne faciamus alijs quod fieri nobis odimus ſed ſic alios in ſua foueamus iuſtitia, ſicut defendi iura noſtra cupimus, eſt tranſgreſſa. Nam filij mundi huius quos prudentiores filijs lucis in generatione ſua ueritas proteſtatur. reiecta diſciplina iuſtitie, et obſeruatione fidej relegata, ſibi inuicem moliuntur inſidias, dampna inferunt, iniurias irrogant, mouent lites, ad arma profiliunt. committunt prelia. ſceleri ius indulgent. priuilegium dant errori, uenantur ininuicem ſe ad mortem. et ſeipſos adeo perſequendo dilaniant. ut etiam in ſuo ſanguine cruententur. nec . fficere *) ſibi credunt. non attendentes quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte. quod tam immaniter ſeuiunt in ſeipſos. ſed etiam ad deſiderabilia eccleſie fratres uidelicet Ciſtercienſis ordinis, qui remoti a turbis ſecularibus, in quadam mentis ſolitudine conuerſantes, ut ebullientes ad infima curas cordis, per ſuperni gratiam reſtringant amoris quoddam cum domino intra ſe ſecretum querunt, ubi cum illo exteriore ceſſante ſtrepitu, quaſi quodam familiari colloquio per interna deſideria delectentur. extendunt nequiter manus ſuas. quorum peruerſitas uix eos habere patitur unde uiuant. quin peregrinationis ſue uiaticum, uel concutiant per calumpniam, uel excutiant per

*) Undeutlich geworden.

rapinam. de quo et ſi magnis dolorum urgeamur aculeis, illud tamen intolerabilius nos inurit. quod hij qui debuerant perſecutorum ipſorum flammas extinguere non ſolum defenſionis manum perſecutionum ignibus non apponunt. uerum etiam quodammodo ignes ignibus accendentes, eos importabiliter preſecuntur. Sicut enim ad nos dilectorum filiorum .. Abbatis Ciſtertij et Coabbatum ipſius Ciſtertienſis ordinis querela grauis et ſtupenda peruenit. cum auctoritate apoſtolica ſit ſtatutum, et expreſſe nichilominus interdictum, ut nulli omnino liceat in eoſdem Abbates et eorum Monaſteria, ſeu fratres inibi conſtitutos, contra id quod ab origine ordinis noſcitur inſtitutum, necnon in vicinos uel Mercennarios pro eo quod ipſos ad laborandum adiuuant in illis diebus in quibus ipſis laborantibus alij feriantur. uel aliqua occaſione eorum que a benignitate apoſtolica eis indulta ſunt. ſeu benefactores ſuos, pro eo quod aliqua ipſis beneficia uel obſequia obſequioſe ſtudio caritatis impendunt, aut in aliquem de ipſorum familia, quamdiu in eorum fuerit famulatu pro eo quod decimas iuxta quod eorum ordini indultum eſt, non perſoluunt. uel aliquid aliud ipſis ab apoſtolica ſede conceſſum interdicti uel excommunicationis ſententiam promulgare. quidam Archiepiſcopi et Epiſcopi ac alij Eccleſiarum prelati, ac eorum Officiales in premiſſas perſonas et alias que ipſis uel emendo, ſeu uendendo, aut molendo in molendinis, uel in furnis eorum coquendo aliterque communicant interdicti ſuſpenſionis et excommunicationis ferre

ſententias contra indulta ſedis apoſtolice auctoritate propria. ne dicamus potius temeritate preſumunt. ut ſic ſeuientes in iſtos, illos ſine culpa culpabiliter puniant innocentes. efficientes per hoc deterioris conditionis eos, quam perſidi ſint iudej. quos culpa propria perpetue ſeruituti ſubiectos, ex ſola miſericordia pietas chriſtiana receptat. dum eis ſubtrahunt communionem fidelium qua ab ipſorum iudeorum participio non arcentur. Cum igitur nobis principaliter iniuriari probentur qui priuilegia ſedis apoſtolice uel irreuerenter impugnant uel ſuperficialiter eorum uerba tenentes contra ipſorum geſtiunt uoluntatem. et priuilegiatos priuilegiorum comodis priuare conantur. nolentes tam abuſiuas enormitates ſeu tam enormes abuſus, non abſque iniuria ſedis apoſtolice excogitatas equanimiter tolerare. diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus. quatinus inquiſita ſuper premiſſis diligentius ueritate, ſententias ſi quas in Gneſnenſi prouincia inueneritis ſic proferri, ſine difficultate qualibet penitus relaxantes. illos quos eas tuliſſe conſtiterit. ad ſatiſfaciendum eiſdem Abbatibus et hijs in quos late fuerint, de dampnis et expenſis que occaſione huiusmodj ſubierint monitione premiſſa diſtrictione qua conuenit appellatione remota cogatis. Proceſſum ueſtrum nobis fideliter reſcripturi. ut alias excedentes ſic pena caſtiget. quod exceſſus ulterius non procedat. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Quod ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe. duo noſtrum ea nichilominus exequantur.

Datum Peruſij kal. Decembris Pontificatus noſtrj Anno Octauo.

An einem Bindfaden die gewöhnliche Bleibulle des Papſtes. — Hinten wie LIII, nur noch ord' darunter.

Gregorius Papa IX.

LVI.

Der Papſt beſtätigt den Ciſterzienſern, daß Niemand ihre Abtswahl hindern oder rückgängig machen darf. Perugia, den 1. Dezember 1234.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis .. Abbati Ciſtercij et vniuerſis coabbatibus ſuis Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte ueſtra nobis eſt oblata querela quod cum auctoritate apoſtolica ſit inhibitum ne ullus epiſcopus uel quelibet alia perſona regularem electionem abbatis ordinis ueſtri impediat aut de inſtituendo uel remouendo eo quj pro tempore fuerit contra inſtituta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat ac uobis a ſede apoſtolica ſit indultum ut ſi archiepiſcopi uel epiſcopi in quorum diocesibus domus ueſtre fundate ſunt cum humilitate ac deuotione debita requiſiti ſubſtitutos abbates benedicere forte renuerint liceat eiſdem abbatibus ab alio epiſcopo percipere que a ſuo fuerint indebite denegata quidam Archiepiſcopi et Epiſcopi cum in ueſtris Monaſteriis in abbates aliqui eligun-

tur de modo electionis inquirere ac examinare perſonas de uita litteratura et moribus et electionem confirmare predictam pro iuribus elaborant. Capitula quoque ipſorum eoſdem ſibi preſentarj *) querunt electos et approbandi eos uſurpare ſibi nituntur temere poteſtatem archidiaconi etiam inſtallandi electos ipſos uendicare ſibi ius iniurioſe contendunt contra indulta ſedis apoſtolice preſumptione non modica ueniendo. volentes itaque quieti ueſtre conſulere ac ueſtris grauaminibus in hac parte paterna ſollicitudine prouidere ne talia preſumantur decetero et ne abinſtituendis uel inſtitutis abbatibus benedictionis pretextu aliquod penitus exigatur, auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus eadem auctoritate nichilominus decernentes ut ſi contra predictam inhibitionem noſtram a quoquam fuerit propria temeritate preſumptum ſit irritum et inane et ſi alique ſententie late fuerint **) nullum robur obtineant firmitatis. Nulli ergo homino (?) ***) hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis et conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij. kal. decembris Pontificatus noſtri anno Octauo.

*) An dieſen drei Worten iſt gebeſſert.

**) Gebeſſert.

***) Schreibfehler, für omnino.

An gelb- und rothſeidenen Fäden, die auffallend neu und glänzend ausſehen, als wenn ſie erſt vor wenigen Tagen an die Urkunde befeſtigt worden wären, hängt die gewöhnliche Bleibulle. Die Fäden ſind auch oben an der Urkunde durch einen Knoten verbunden, ſo daß ſie wohl neu angemacht ſein könnten, es iſt dann aber nicht recht deutlich, wie es möglich geweſen, ſie durch's Bleiſiegel zu ziehen, mit dem ſie enge verprägt ſind. — Hinten wie bei der vorigen Urkunde.

Gregorius Papa IX.

LVII.

Dieſelbe Urkunde wie unter LIII. Perugia, den 4. Dezember 1234.

Die Abweichungen ſind:

6. quietj.
9. delegati, wonach es heißt: ſimplicibus clauſtralibus monachis ordinis Ciſtercienſis iniungant, ut citent et etiam excommunicent,
13. ſeu Principes, ac alios potentes et nobiles. Ciuitatum quoque et Caſtrorum ac villarum
22. incurritis.
27. eiſdem premiſſa. uobis fehlt. iniungere, aut ipſos ad ea compellere quoquomodo preſumat. eadem
28. uobis fehlt.
30. für uos ſteht ipſi teneantur für teneamini
37. Datum. Peruſij. ij. Nonas. Decembris. Pontific Das Uebrige iſt mit der Bleibulle, die nicht mehr vorhanden, abgeriſſen worden, und ſo iſt alſo auch das

8te Jahr der Papstwürde Gregor's, mithin das Jahr 1234, nur Vermuthung. — Hinten wie die vorige.

Gregorius Papa IX.

LVIII.

Der Papst verstattet den Aebten der Cisterzienser Klöster, daß sie ihre Ordens-Brüder, welche exkommunizirt wurden, weil sie unter sich handgemein geworden, die Absolution ertheilen können, auch dazu die Prioren bevollmächtigen dürfen. Perugia, den 4. Dezember 1234.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati Cistercij, et vniuersis Coabbatibus suis Cistercienſis ordinis, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum Monachos et Conuersos Monasteriorum uestrorum ab excommunicatione quam iniciendo manus uiolentas inuicem in se ipsos frequenter incurrunt, ex officio uestro absoluere ualeatis, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut absoluendi eos ab excommunicatione huiusmodi Prioribus uestris cum uos abesse contigerit, possitis committere uices uestras. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et be....., *) Petri et Pauli apo-

*) Undeutlich geworden.

stolorum eius se nouerit incursurum. Datum, Perusij. 1j. Nonas. Decembris. Pontificatus nostrj Anno Octauo,

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die bleierne Bulle des Papstes, wohl erhalten. — Auf der Rückseite sind ein großes bekleidetes M und A gezeichnet, und dabei steht Cist. Darunter ein sogenannter Trutenfuß  dabei *) ein † darunter ord'. Diese Bezeichnung scheint ursprünglich darauf gesetzt zu sein, und findet sich auf mehren vor, wie schon oben bemerkt.

Gregorius Papa IX.

LIX.

Der Papst erlaubt dem Kloster Leubus, da es an Seelsorgern auf den Gütern des Klosters mangelt, daß Klostergeistliche die Pflichten derselben ausüben dürfen. Perugia, den 4. Dezember 1234.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentu Monasterij Lubenſis Cistercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceseos, Salutem et apostolicam benedictionem. Animarum salutem desiderio feruenti querentes, uobis auctoritate presentium in-

*) Bisweilen auch vorne vor dem Trutenfuß ein †. Z. B. bei LV. und LIX.

dulgemus, ut hominum ad ueſtrum ſeruitium commorantium qui non poſſunt de facili ſuorum habere copiam ſacerdotum, liceat ſacerdotibus de Conuentu ueſtro quos tu fili Abbas ad hoc duxeris deputandos confeſſiones audire, penitentiam ſalutarem eis iniungere, ac ſacramenta eccleſiaſtica exhibere ſine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc ..... re *) preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apoſ..... * eius ſe nouerit incurſurum. Datum. Peruſij. ij. Nonas. Decembris. Pontificatus noſtrj Anno Octauo,

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur die bleierne gewöhnliche Bulle des Papſtes, wohl erhalten. — Außen bezeichnet wie die vorige.

Gregorius Papa IX.

LX.

Der Papſt erlaubt dem Kloſter Leubus, daß keine päpſtlichen Briefe die Geiſtlichen über zwei Tagereiſen weit von ihrem Kloſter zu Recht über ihre Güter forden dürfen. Perugia, den 18. Dezember 1234.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monaſterij Lubenſis Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Si adhuc amalech perſequitur Iſrahelem dum cupidi et auari uiros religioſos deum uidere per contemplationis otium cupientes, non ſolum aperta ſeuitia, uerumetiam ſubdola calliditate multipliciter inquietant. nos qui ueri Moyſi uices licet immeriti gerimus debemus illorum et refragari conatibus et uerſutijs obuiare, ne uirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum relinquere uideamur. Ex parte ſiquidem ueſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici non tam iuſtitiam ſuam proſequi, quam uos perſequi dampnabiliter intendentes, uos ultra duas pluresue dietas a Monaſterio ueſtro per litteras apoſtolicas faciunt malitioſe citari, ut fatigati laboribus et expenſis uel cedere litibus uel dampnoſas ſubire compellamini pactiones. Vt igitur ſapientia uincat ſua ſuauitate malitiam, cum experimento ſciamus, quam ſit amarum ſancte contemplationi uacantibus diſtrahi litibus odioſis, uolentes quantum cum deo poſſumus ueſtre quieti conſulere, ne decetero ultra duas dietas a Monaſterio proprio ſuper bonis que infra ipſas habetis per litteras apoſtolicas trahi poſſitis in cauſam, auctoritate uobis preſentium indulgemus, niſi littere ipſe de hac indulgentia fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſu-

*) Hier iſt ein Stück ausgeriſſen.

rum. Datum. Perusij. xv. kal. Januarij. Pontificatus nostrj Anno Octauo,

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die wohl erhaltene Bleibulle des Papstes. — Außen eine andere Bezeichnung, welche erst durch die folgende Urkunde deutlich wird, das M und A fehlt ganz, der Trutenfuß auch.

Gregorius Papa IX.

LXI.

Der Papst verordnet, daß den Leubusser Geistlichen, welche mit Briefen, beglaubigt durch das gewöhnliche Siegel ihres Abtes, sich melden, kein Widerspruch entgegen stehen soll, als seien diese Briefe nicht ächt. Perugia, den 18. Dezember 1234.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Lubensis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Adhuc Ismael persequitur ysaac, dum nonnulli seculi huius filij qui prudentiores in generatione sua filijs lucis existunt, uiros spirituales maxime seruos dei multipliciter affligere non uerentur. Vobis siquidem significantibus intelleximus, quod cum ab institutione Cisterciensis ordinis fuerit ordinatum, ut in singulis eiusdem ordinis domibus unum dumtaxat haberetur sub nomine abbatis sigillum.

quo abbas et Conuentus in Monasterij sui negotijs communiter uterentur. plerumque contingit ut cum fratres Monasterij dicti ordinis ab abbate et Conuentu ipsius cum litteris munitis sigillo abbatis eiusdem pro causis et alijs negotijs destinantur, pars aduersa et eius aduocati malitiose obiciunt litterarum ipsarum cautionem non sufficere pro Conuentu sicque per sue calliditatis astutiam dictis fratribus non admissis iuris sui prosecutio impeditur. Eapropter uestris deuotis precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut fratres quos sub cautione talium litterarum a uobis contigerit destinari, premissis obiectionibus non obstantibus in causis et alijs negotijs Monasterij uestri secundum statutum predictum, et morem solitum *) admittantur. * Nulli * ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario * contraire. * Siquis * autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum * eius * se nouerit incursurum. Datum. Perusij. xv. kal. Januarij. Pontificatus nostrj Anno Octauo;

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die wohl erhaltene Bleibulle des Papstes. — Außen findet sich nun wieder die Bezeichnung M und A, und dabei vier Kreuze, in einer Rauthe stehend, mit 4 Linien unter einander verbunden, so daß ein ungleichseitiges Achteck daraus zu entstehen scheint. Darin steht Cist'.

---

*) Durch einen Wasserfleck undeutlich gewordene Stellen.

Gregorius Papa IX.

LXII.

Der Papst erlaubt dem Kloster Leubus, daß es seinen Wohlthätern, sobald diese nicht der Exkommunikazion oder dem Interdikt unterliegen, oder öffentliche Wucherer sind, ein Begräbnis in seiner Kirche unweigerlich gestatten darf. Perugia, den 18. Dezember 1234.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Lubensis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum ante facies uestras cum sanctis animalibus gradientes obliti que retro sunt in ea que ante sunt, uos laudabiliter extendatis proficiendo uobis per uite meritum, et alijs per exemplum, ut sub pennis contemplationis uestre sit auxilij nostri manus, libenter uobis impertimur gratiam et fauorem. scientes nos exinde illi placere. qui uestrum acceptat placidum famulatum. Hinc est quod deuotionis uestre precibus annuentes, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut si uestri Monasterij fundatores apud ipsum elegerint sepulturam, dummodo, non sint excommunicati uel interdicti, aut etiam publice usurarij, liceat uobis ipsos non obstante alicuius contradictione temeraria ecclesiastice tradere sepulture. illarum tamen ecclesiarum salua ui.... *) a quibus

*) Ein Stück ist ausgerissen.

Wojewódzka Biblioteka Publiczna w Opolu

assumuntur corpora mortuorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Perusij. xv. kal. Januarij. Pontificatus nostrj anno Octauo,

An gelb- und rothseidener Fadenschnur die wohl erhaltene, gewöhnliche Bleibulle des Papstes. — Außen dieselbe Bezeichnung, wie bei LXI.

Gregorius Papa IX.

LXIII.

Gregor bestätigt die Verfügung seines Vorgängers Innozenz (vergl. S. 55), daß die Geistlichen des Klosters Leubus keine Zehnten von ihren neu urbar gemachten Aeckern, ihren Gärten, Fischereien u. s. w. zu geben brauchen, und weiset so die unrechtmäßigen Ansprüche einiger Geistlichen zurück, indem er Leubus dem Schutze der Erzbischöfe, Bischöfe u. s. w. empfiehlt. Perugia, den 2. Januar 1235.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Uenerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, et Dilectis filijs Abbatibus. Prioribus. Decanis Archidiaconis. Prepositis. Archipresbyteris, et alijs ecclesiarum Prelatis ad quos littere

iſte preuenerint, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum Abbates Ciſtercienſis ordinis tempore concilij generalis ad commonitionem felicis recordationis Innocentij pape. predeceſſoris noſtri ſtatuerint, ut decetero fratres ipſius ordinis ne occaſione priuilegiorum ſuorum eccleſie ulterius grauarentur, de alienis terris et ab eo tempore acquirendis ſi eas proprijs manibus aut ſumptibus colerent, decimas perſoluerent eccleſijs quibus ratione prediorum antea ſoluebantur niſi cum eiſdem eccleſijs aliter ducerent componendum. Idem predeceſſor noſter quia ſperabat ut eccleſiarum prelati promptiores, et efficaciores exiſterent ad exhibendum eis de maleſactoribus ſuis iuſtitie complementum, et eorum priuilegia diligentius et perfectius obſeruarent, ſtatutum huiusmodi gratum habens et ratum, hoc ipſum ad alios regulares qui ſimilibus gaudent priuilegijs extendi uoluit et mandauit. Sed quod dolentes referimus in contrarium res eſt uerſa. quia ſicut ex inculcata querela dilectorum filiorum .. Abbatis et Conuentus Monaſterij Lubenſis Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos frequenter audiuimus, nonnulli eccleſiarum prelati et alij clerici eorum priuilegia temere contempnentes, et contendentes malitioſe ipſorum peruertere intellectum, eoſdem multipliciter inquietant. Nam cum ſit ipſis indultum ut de noualibus que proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, ſiue de ortis. virgultis, et piſcationibus ſuis uel de ſuorum animalium nutrimentis, nullus ab eis decimas exigere, uel extorquere preſumat. quidam peruerſo intellectu conficte dicentes, quod hec non poſſunt nec debent intelligi niſi de hijs que ſunt ante generale concilium acquiſita, ipſos ſuper hijs multiplici exactione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna ſollicitudine prouidere uolentes, vniuerſitati ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus. quatinus dictos Abbatem et Conuentum a preſtatione decimarum tam de poſſeſſionibus habitis ante concilium memoratum ante quod ſuſceperunt eiuſdem ordinis inſtituta, quam de noualibus ſiue ante ſiue poſt idem concilium acquiſitis quę proprijs manibus aut ſumptibus excolunt de quibus noualibus aliquis hactenus non percepit, necnon de ortis. uirgultis. piſcationibus ſuis, et de ſuorum animalium nutrimentis, ſinguli ueſtrum omnino ſeruetis immunes. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum. Peruſij. iiij. Nonas. Januarii. Pontificatus noſtrj Anno Octauo; —

An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur die gewöhnliche Bleibulle des Papſtes. — Außen dieſelbe Bezeichnung, wie bei LXI.

Gregorius Papa IX.

LXIV.

Das Kloſter Leubus ſoll nur ſolchen päpſtlichen Briefen Folge leiſten, welche des Ciſterzienſer-Ordens Erwähnung thun. Perugia, den 15. März 1235.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monaſterij Lubenſis Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum Ciſtercienſis ordinis titulus per dei gratiam adeo ſit inſignis, quod uix credatur ab hijs qui contra uos litteras impetrant ſine malitia ſubiiceri, nos et illorum fraudibus obuiare, ac innocentiam ueſtram uolentes fauorabiliter confouere, auctoritate uobis preſentium indulgemus, ut nequeatis per litteras apoſtolicas conueniri que de Ciſtercienſis ordine non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij. Idus. Marcij. Pontificatus noſtrj Anno Octauo,

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die gewöhnliche Bleibulle des Papſtes. — Hinten findet ſich gar keine ſolche Bezeichnung, wie bei den vorigen bemerkt.

Gregorius Papa IX.

LXV.

Der Papſt beſtätigt dem Kloſter die 3000 Manſus, welche Herzog Wlodislaus in Lubzezko ſchenkte. Perugia, den 30. März 1235.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj et Conuentuj Lubenſis Monaſterij Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij noſtrj ad debitum perducatur effectum. Cum igitur ſicut exhibita nobis ueſtra petitio continebat, Nobilis uir Wlodizlaus Dux Gneznicenſis Tria Milia Manſorum in Lubzezko cum quibusdam Siluis et Lacubus Monaſterio ueſtro pia et prouida liberalitate donarit. nos ueſtris iuſtis precibus inclinati Manſos et alia ſupradicta ſicut ea omnia iuſte ac pacifice poſſidetis, uobis et per uos Monaſterio ueſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petrj et Paulj apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum. Peruſij. iij. kal. Aprilis. Pontificatus noſtrj Anno Nono.

An roth- und gelbseidenen Fäden (wie noch schwach sichtbar, und wahrscheinlich in kurzem gar nicht mehr kenntlich sein wird,) hing die bleierne, verloren gegangene Bulle des Papstes. — Hinten mit M A bezeichnet, und wahrscheinlich stand der Trutenfuß dabei.

Willelmus apostol. sed. Legatus.

LXVI.

Beglaubigte Abschrift und Bestätigung der Urkunde unter XXII; indem durch Vergleich die darin enthaltene Angelegenheit beigelegt worden. Breslau, den 1. November 1235.

Nos willelmus quondam mutinensis episcopus. apostolice sedis legatus. Notum facimus uniuersis. quod cum de partibus liuonie et prusie ubi legationis fungebamur officio ex sedis apostolice mandato. ad presentiam domini pape proficisceremur. inter ecclesiam wratizlauiam et monasterium de lubens cysstercien sis ordinis eiusdem dyocesis grauem inuenimus discordiam excitatam. super tenore cuiusdam priuilegij dicti monasterij. quod continebat plures decimas collatas. ut dicebant eidem domui diuersis temporibus a pluribus retro wratizlauie episcopis. Lite igitur super hoc mota. et causa iam in iudicium deducta. et proponente episcopo wratizlauie cum suo capitulo priuilegium idem. sine conscientia predecessoris sui et capitulj wratizlauiensis conscriptum esse et sigillatum. continere etiam in se plures donationes decimarum. que nunquam fuerant a suis predecessoribus prefato monasterio collate. et precipue ubj dicebatur decima quingentorum mansorum ipsis esse collata. Item ubj scriptum erat decimam aliam eis donatam. omnium scilicet uillarum inter duas aquas ozoblogam uidelicet et stradunam. Abbate autem cum suo conuentu ipsum priuilegium defendente. nos uidentes hanc discordie materiam. et uulnerare posse caritatem. et occasionem posse subministrare ab utraque parte. et plurium laborum et grauium expensarum utramque partem tam consiliis quam rogatu curauimus inducere. ut secundum nostrum consilium aliquo modo honesto. et utrique ecclesie tolerabilj taliter inter se conuenirent. ut posset inter eos omnis discordie et dissensionis conquiescere scrupulis in futurum. Vtraque igitur pars in ipectu pacis nostris consilijs acquiescentes et monitis. nobis mediantibus talem receperunt compositionem. et nomine transactionis sic inter se finaliter conuenerunt. Dominus abbas de lubens cum suo capitulo partem uille uezurocone que ad suum monasterium pertinebat. partem aliam domo trebnicensi possidente. in manus episcopi wratizlauie ecclesie contulit. sicut eam tunc habebat cum omnj iure quod ibj habebat. et cum libertate theutonica. quae dominus dux eidem uille ad peticionem nostram et dicti abbatis plene contulit. sicut in eius instrumento continetur. Promisit etiam dominus abbas te-

neri de euictione ejusdem uille. et si aliquo casu ab aliquo eadem uilla euinceretur. promisit abbas pro se et conuentu suo restituere tamdem de terra equiualentj. uel alias super hoc concordare. secundum arbitrium duorum ad hoc electorum. quorum unum eligat episcopus et alium abbas. tercius uero si discordauerint sit abbas sancti vincentij. Contulit etiam dominus abbas ex parte sue ecclesie in manus episcopi uillam gozcetino et cum decima. que uilla est in gola. in dominio filiorum ducis Kazimiri. Preterea cessit ecclesie wratizlauiensj de medietate decimarum omnium que sunt inter duas aquas prenominatas. stradunam uidelicet et ozoblogam. preter decimam trium mansorum qui sunt ecclesie assignatj. et quatuor aratorum quibus aratur pro ipsa domo. quam excludimus a diuisione. sed sit precipua domino abbatj. ita quod pars episcopi penitus sit libera ej. Ecclesia autem de jarozlau habeat respectum de dote sua ad partem abbatis tantum. Item renuntiauit dominus abbas pro se et ecclesia de uyazd. xij. maldratis annone in uilla thesselinj. que dicte ecclesie uidebantur ascripte. Episcopus uero wratizlauiensis cum suo capitulo predicta recipiens. et quantum ad predictam discordiam satisfactum reputans sue ecclesie iuri omnj quod contra prefatum monasterium occasione dictj eorum priuilegij habere uidebatur. renuntiauit simpliciter pro se et suis successoribus in perpetuum. et exceptis eis que sunt superius notata. Priuilegium eorum dictum ex certa scientia confirmauit. et ne de ipsius ueritate in

posterum posset dubitari. fecit illud nostro et suo. et wratizlauiensis capituli sigillis communiri. et subscriptione canonicorum wratizlauiensium. et tenorem ipsius. presenti carte uerbo ad uerbum adnotarj. qui per omnia talis est. (Hier ist nun die Urkunde, welche bereits unter XXII gedruckt, eingerückt, mit folgenden Abweichungen von der Urschrift.)

Verlängerte Schrift fehlt hier, daher auch alle Punkte zwischen den einzelnen Worten der verlängerten Schrift.

1. indjujdue. 2. Laurentius 3. wratizlauiensis caritatis
4. nostrj 5. hinter expostulat ein Punkt. quatinus
10. hinter uolumus ein Punkt. 11. unanimj
11. hinter consensu ein Punkt. 13. so auch hinter sue
14. attinentjum hinter subditarum ein Punkt.
15. legittima 17. auch hinter memorie ein Punkt.
17. Cyprianj 19. abbatj 20. legittimisque.
22. attinentes locj
23. Punkt hinter nuncupatur und circuitu.
24. Wilkzin 25. breznj 26. cuius
27. vrax 28. capitulj 29. tercie
30. gemelno nicolaus
31. filij witozlaj 32. viazd
33. Bogdano das Punkt hinter Godkouo fehlt.
34. uilla bartholomej 35. sconiuelt cuius
36. dominj iacobj 37. wratizl: archidiaconj. jdem
38. archydiaconus capitulj
39. hinter lubensi Punkt. 40. theuthonicis de olau. jn
41. primis sunt soluturi dec:
44. jacobi archidyaconj Punkt hinter ibidem.
46. maldratis 47. wratizl: capitulj

49. Punkt hinter predicto. conradi
50. Punkt hinter ſychem. 51. 52. eccleſie noſtre
54. nicolay in ſtepin. (Punkt dahinter.) 56. Punkt hinter zlup.
57. theutonicos. 58. commutacionem. (Punkt dahinter.)
59. Punkt hinter decimationem. cuiuſcumque
60. Punkt fehlt hinter fundus capitulj 61. ducentiſ
62. dominj 63. contuleramuſ ſepefato Punkt hinter monaſterio.
64. dominj (für dicti) conradi. 66. eccleſijs
71. prefate eccleſie 73. Moyancicj. 74. deujn. velauez (kein Punkt.)
75. quatkonis. 76. wratizl: 77. rogouo
78. hinter lubenſi und noſtro Punkte. capitulj
79. hinter acceptauit ein Punkt. eccleſia 82. mazen.
83. Jankouicj. et Janouicj. dunino
84. kraieuo. Polkouicj. 85. helimec. et dobren. B — uicj.
86. decimam de gneginiz. (mit Punkt.) maluzc
87. villam ceſſeconiſ 88. gran 89. legniz.
90. zkalica 91. helmbertj altarj
92. katherine. vlrici 93. radomilj. Molouicj.
94. Sifridouicj. wroblino — uin.
95. zlup — ſtanizlaj. 96. jarozlau Punkt hinter ſunt.
96. oz — ſt — 97. odram. 99. hinter fundare Punkt.
101. turbatj. (mit Punkt.) 103. ſue martinj semeniz.
104. wroblino (ohne Punkt.) 106. Scukouicj. ſlaucouo.
107. hinter Johannem kein Punkt. conare. 108. panca
109. kazer. 110. petrum in wro — ho ſteht auch hier.
111. pozariſc 112. zorauino mycora
113. petrj. 114. dominj uincentij 115. grobica. (mit Punkt.)
116. dominj uincentij 118. theſſelinj

120. marie. (mit Punkt.) 121. martinj. (mit Punkt.) et cecilie in viazd.
122. conſecrauimuſ. 123. marie uirginiſ. (mit Punkt.) iohannis
124. Hinter inhibemus ein Punkt. 126. legittimam
131. marie hinter uirginis ein Punkt. iohannis patronj
132. necnon 134. Vt 135. preſentem paginam cautionis
136. hinter conſcriptam ein Punkt. 137. inpreſſione
139. Henricus 140. zleſie. et henricus victor
141. wratizlauienſis 144. uincentio. witozlaus ma—
145. bolezlauez. 146. wratiz — 147. glog —
148. legn — 149. approbatj 150. M°. cc°. oct —
152. ioh — (ohne Punkt.) wrat — xiiii° — maij.

Darauf lautet die Urkunde weiter:

Hec predicta conpoſitio ſeu tranſactio facta eſt inter thomam wratizlauienſem epiſcopum. et capitulum wratizlauie ex una parte. et Guntherum abbatem de lubens ex altera et ſuum conuentum. Anno dominice incarnationis. M°. cc°. xxx°. v°. in die omnium ſanctorum in wratizlauia. in preſentia eorum quorum nomina ſunt ſubſcripta. Petruſ wratizlauie prepoſitus. victor decanus. Nazlaus archidiaconus. Boguzlaus ſcolaſticus. Criſanus cantor. Laurentius cuſtos. Egidius quondam cancellarius. Otto. Prauota. henricus. Lambinus. Symon. Johannes. Arnoldus. Magiſter petrus. Willelmus. Echardus. Johannes. Conradus. Polonus. Gregorius. Adam. Nicolaus. Jacobus. Panthinus. Laurentius. Sdizlaus. Bal-

duinus. Nicolaus. Gerlacus. Magiſter Boguzlaus. Janus quondam archidiaconus. Nenkerus. Johannes prepoſitus de ruda. Theodericus archidiaconus. Magiſter heroldus. Henricus de kethilc. Jacobus de trebnic. Magiſter Goſſuinus. Arnoldus de auro. Nicolaus. Nicolauſ. Wolkerus. Boguzlaus de dobra. Boguzlaus Jarozlaj. Jacobus de ſcariſſov. Reinoldus Johannes florinj. Johannes filius ſtephanj. Radzlauſ archidiaconus de olomuch.

An der Urkunde hangen acht Siegel. 1) An weiß-, gelb-, roth- und veilchenfarbener Fadenſchnur ein längliches, rothes Wachsſiegel. Ein ſtehender Biſchof, die rechte Hand zum Segnen erhoben, in der linken einen Biſchofsſtab. Umſchrift: + S THOME DI GRA WRATISLAVIEN EPI. 2) An gleichen Fadenſchnüren, etwas größer, länglich, roth. Es iſt das bereits S. 68 beſchriebene Siegel. Die damals undeutliche Umſchrift wird hier klarer und berichtigt, wo dort ein Fragezeichen ſteht. Es ſteht nehmlich um den Kopf mit roh gearbeitetem Barte: + SIGŁ CAPITVLI ECCŁS SCI JOHANNIS. BAPTISTE: (Das durchſtrichene L in Eccleſie iſt noch immer undeutlich, ob es auch dieſer Buchſtabe wirklich iſt. 3) An gleichen Fäden ein kleines längliches, rothes Siegel, ein ſtehender Geiſtlicher, der mit beiden Händen ein Buch vor ſich hält. Umſchrift: + S PETRI PREPOSITI WRATISŁ. 4) An roth-, gelb- und ſchwarzſeidener Fadenſchnur ein längliches rothes Siegel, ein ſtehender Heiliger, in der rechten Hand einen Palmzweig, mit der linken hält er einen Becher gegen den Leib. Links unten neben der Figur ſteht: .. CI' rechts oben: .(?) BENICVS. Umſchrift: SIGIŁŁ DE-

CANI WRATISLAVIENSIS. 5) An gelb- und rothſeidener Fadenſchnur ein grünes Wachsſiegel. Ein Adler mit ausgebreiteten Flügeln. Umſchrift: ....ENCII CVSTODIS WRATIZLAVIE.. 6) Ein auf einem Kiſſen oder Brett ſeitwärts ſitzender Vogel, die Flügel über ſich erhoben, wie zum Fluge ſie entfalten wollend; es iſt, als wenn ein Heiligenſchein um ſeinen Kopf wäre. Auf grünem Wachs, an gelb- und rothſeidenen Fadenſchnüren. Umſchrift: + SBOSCOLASTICIWRATISLAVIEN. 7) Ein Siegel auf gelbem Wachſe, an roth-, gelb- und weißſeidenen Fadenſchnüren. In der Mitte eine Art Blume. Umſchrift: + S' CANTORIS WRATSLAS.

Gregorius Papa IX.

LXVII.

Der Papſt beſtätigt den in der vorigen Urkunde vom Biſchof Wilhelm (der hier nicht genannt wird,) geſchloſſenen Vergleich, zwiſchen dem Kloſter Leubus und dem Bisthum, im Allgemeinen, mit Verweiſung auf die vorige Urkunde ſelbſt. Viterbo, den 17. Januar 1236.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monaſterij Lubenſis Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ea que iudicio uel concordia terminantur firma debent et illibata perſiſtere, et ne in recidiue contentionis ſcrupulum relaban-

tur apostolico conuenit presidio communiri. Exhibita siquidem nobis uestra peticio continebat. quod cum inter uos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum .. Episcopum et Capitulum Wratislauiense ex altera, super quibusdam decimis. possessionibus. et rebus alijs questio exorta fuisset, tandem mediante venerabili fratre nostro .. Episcopo quondam Mutinensi de Liuonie et Prufcie partibus ubi legationis officium exercuerat redeunte amicabilis inter partes compositio interuenit. sicut in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. quam roborari apostolico munimine petiuistis. Nos igitur uestris iustis precibus inclinati, compositionem ipsam sicut rite sine prauitate prouide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice obseruata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum viterbij xvj. kal. Februarii Pontificatus nostri Anno Nono.

An gelb- und rothseidener Fadenschnur, welche in der Mitte der Thierhaut durch einen Knoten zusammen gehalten wird (vergleiche Seite 137), hängt die bleierne Bulle des Papstes, wohl erhalten, aber verkehrt, und an den entgegengesetzten Seiten die Fäden abgeschnitten, zum Zeichen, daß die Bulle abgeschnitten war, und mit den untern Fäden wieder verkehrt befestigt wurde. — Hinten auf der

Urkunde ist kein Zeichen, oben hat sie einige Wasserflecke.

Gregorius Papa IX.

LXVIII.

Der Papst nimmt die Geistlichen des Klosters Leubus, den Ort, wo sie wohnen, und alle ihre Güter in seinen und des heiligen Petrus besondern Schutz. Viterbo, den 17. Januar 1236.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij de Lubes Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit. et ne prauorum hominum molestijs agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in domino filij, uestris iustis postulationibus inclinati. personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci. sub beati Petri et nostra protectione susci pimus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit. indignationem om-

nipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. viterbij. xvi. kal. Februarii. Pontificatus nostrj Anno Nono:

An roth- und gelbseidener Fadenschnur die gewöhnliche gut erhaltene Bleibulle. — Hinten nichts von den mehrfach bemerkten Bezeichnungen.

Wlodislaus dux Poloniae.

LXIX.

Herzog Wlodislaus gewährt den 3000 Mansus, welche er dem Kloster Leubus geschenkt, worin die Geistlichen, außer den Dörfern, drei Städte anlegen sollen, das Deutsche Recht. O. O., den 25. April 1239.

IN nomine domini nostri ihesu christi Amen. Quoniam omnia que temporaliter aguntur per decursionem temporis annullantur. preter ea que litterarum apicibus communita sequacium memorie relinquuntur. Inde est quod nos Wlodizlaus ducis quondam Odonis felicis memorie filius miseratione diuina dux Polonorum notum facimus presentibus et futuris. quod pro remedio anime nostre contulimus beate virgini in Lubens cystercienſis ordinis de dyocesi Wratizlauienſi Tria milia mansorum. talium qualium sunt circa Aureum montem interra (?) fratris nostri Illustris ducis Henrici. in territorio Wellenſi circa Lubzesko. et bytin. cum

omnj iure et omnibus utilitatibus. videlicet. Pratis. Agris. Pascuis. venationibus. Lacubus Castoribus Piscationibus. volentes ut tres Ciuitates locent in iam dicto deserto. preter uillas quas domino largiente poterunt collocare. Et quia dispendium in temporalibus pati pro christo non reputamus. eius amore qui umbra manus sue nos porrexit. et protegit. in remissionem peccatorum nostrorum conferimus habitatoribus Ciuitatum illarum. et uillarum. ius teutonicale. ab omni eos iure Polonico exhimendo. ita ut nullis omnino angarijs. seu polonicis consuetudinibus aggrauentur. sicutj est. Powoz. Prewod. Podwoda et alie multe polonice seruitutes. quia donum deo collatum. non expedit legibus principum subiacere. Habundantiorj etiam cautela ipsis habitatoribus prouidentes. volomus. ut a collectis et peticionibus que in quibusdam terris fiunt. sint a nobis et a nostris posteris absolutj. De expedicionibus autem que fiunt extra terram. ut habitatores eiusdem desertj communiter sint omnes liberj constituimus. In defensione (?) uero terre hij qui mansos in feodo receperunt. ut eo ualidius hostilis in cursio (?) reprimatur proprijs sumptibus ad esse tenebuntur. Judiciorum nichilominus omnium ut est de contencione. percussione. et omnj questione. et etiam capitis truncacione. uel suspensione. suorum tantum hominum in ibi existentium. Abbati Lubensi ut hec exsequenda aduocato cuj uoluerit conferat. totalem tradimus auctoritatem. Si uero de iudicio capitis et qualibet magna questione fuerit placatio facienda. ut eo pociori anime nostre memoria habeatur ei-

dem abbatj totaliter concedimus. Si qua uero contentio in ter (?) teutonicum et polonum orta fuerit. et coram aduocato fepe dictj Abbatis non poterit diffiniri. ut utriufque fententia ad nullius preter noftram audientiam uenire ualeat. in Caftro tamen propinquiorj cum ad ipfum peruenerimus. uolomus in uiolabiliter (?) obferuari. Preterea addidimuf eidem fupradicte domuj uidelicet Lubenfi cum omnj utilitate que deberet nobis uel noftrif fuccefforibus proueture (?) monetam habere fpecialem. volomus etiam ut lacus et Aque alie. que funt in fupradicto territorio in numero menfurabilj uidelicet trium milium manforum fupradictorum nullomodo habeantur. fed pleni perfe (?) ab eadem domo perpetuo conferuentur. vt autem hec noftra donatio firma et in uiolabilis perfeueret omnem contradictionis occafionem auferentes. prefentem paginam conferibi fecimus. et figillo noftro communiri. Actum Anno Millefimo ducentefimo Tricefimo nono. feptimo kal. Maj. fub. prefentia. dominj Pauli poznanienfis Epifcopi. Balduinj decanj Gneznicenfis. vitozlauj decani poznanienfis. Criftinj cuftodis Gneznicenfis. Petri Archidiaconi poznanienfis. Cezaeradi caftellanj Gneznicenfis. Boguffe caftellani de Wellen. et aliorum multorum uirorum tam nobilium quam religioforum.

An roth-, gelb- und weißfeidenen Fäden hängt das Siegel des Herzogs, in einem graugelblichen Wachfe. Ein Ritter, der langfam nach der linken Seite reitet, eine Lanze mit Fähnlein im rechten, am linken Arme einen langen,

unten fpitzen Schild, mit dem Adler. Unter dem Schilde kommt der Wappenrock zum Vorfchein; Kopf behelmt. Umfchrift: † . WLODIZLAWS. DEI GRACIA DVX POLONIE.

Wlodislaus dux Poloniae.

LXX.

Herzog Wlodislaus giebt den Orten, welche auf dem von ihm gefchenkten Landftriche erbaut werden, eine zwölfjährige Zollfreiheit, und nach Verlauf derfelben, follen fie nur die Hälfte entrichten, wie die Croffener Einwohner. O. O., den 25. April 1239.

Nof dei gracia Wlodizlaus felicif memorie ducif quondam Odonif filius omnibus hoc fcriptum infpecturis falutem. et omnem dilectionem. Agnofcat vniuerfitaf ueftra quod ad laudem dej. et ipfius genitricis perpetue virginif marie. nec non et obfalutem animarum noftrarum. patris. Matris. vxorif et omnium parentum noftrorum contulimus conuentuj de lubes religiofis fratribus. Cyftercienfis Ordinis wratizlauienfis diocefis Tria milia manforum in uno ambitu in Territorio wellenfi circa Lupzefko et Bytin talium qualium funt in terra Henricj Illuftris ducif zlefie circa aureum montem iure teutonicalj perpetuo poffidendos. cum omnj utilitate videlicet. Agris. pratis. pafcuis. Aquis. Lacubus. Caftoribus Pifcationi-

bus venationibus et omnibus alijs prouentibus. qui nobis et noſtris ſucceſſoribus deberent prouenire Conſtituimus in ſuper (?). ut ipſi in ipſo ambitu uidelicet trium milium manſorum treſ locent forenſes ciuitates. cum moneta ſpecialj. in quacumque tamen earum decreuerint conſtituere *) habiturj. cuius cenſum et prouentum. qui ex ipſa moneta prouenerit una cum cenſu ſupradictorum manſorum eiſdem fratribus ut eo potiori memoria noſtri habeatur in euum habendum deſtinamus. Hec idcirco ad uniuerſos chriſti fideles denunciamus. non quod abſit ob inde laudem ac fauorem hominum queramus. ſed magis propter hoc. quatinus fiducialius omnibus in ibi colere ac in habitare uolentibus accedendj auſum preſtemus uberiorem. vnde quicunque deſiderant procolendis et inhabitandis ſupradictis manſis terram noſtram in troire omnem Thelonej ſolutionem per duodecim annos eiſ relaxamus. rogantes et precipientes. Caſtellanis Baronibus et omnibus Thelonearijs. ut omnibus terram noſtram intrantibus et exeuntibus Sigillum Abbatis Lubenſis oſtendentibus abſque omnj exactione thelonej et grauamine omnj tempore libertatis eorum. ab anno uidelicet illo. quo acceſſerint pro eiſdem ſepe dictis manſis poſſeſſuris. liberam tranſeundj concedant facultatem. Tranſactis uero annis libertatis tocius thelonej prout Croſtenses ſoluunt ſoluent medietatem.

*) Hinter dieſem Worte ſteht noch poclorj, aber alt unterſtreichen, zum Zeichen, daß es ein Schreibfehler, und hier nicht her gehörig.

Datum Anno abincarnatione dominj. M°. .CC°. xxx° viiij°. ſeptimo kal Maj.

An weiß-, roth- und gelbſeidenen Fäden ein Siegel, wie bei der vorigen Urkunde, nur weniger deutlich.

Boleslaus dux Sileſiae.

LXXI.

Herzog Boleslaus erklärt, daß er dem Kloſter ſeine Dörfer Brochlovizi und Polchovizi für 230 Mark verkauft habe. Breslau, den 16. Oktober 1243.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Bolezlaus dei gratia dux zleſie et Polonie. notum facimus vniuerſis. tam preſentibus quam futuris. quod una cum matre noſtra. et fratribus noſtris. de conſilio baronum noſtrorum. villas. que proprio nomine Brochlovizi. et Polchovizi. nuncupantur. cum omnibus pertinencijs. videlicet. Agris. Pratis. Siluis. Aquis. et vſu aquarum. tam in Caſtoribus quam in Molendinis. et alijs omnibus que pertinent ad uſum aquarum. ſecundum quod ſunt plene ſuis in terminis. domino Abbati et Conuentuj de Lubes. nomine eccleſie ipſorum vendidimus. et tradidimus pro ducentis et triginta marcis argenti inpondere polonico. quarum ſolutionem nos confitemur plenarie recepiſſe. dantes eis facultatem. eaſdem villas jure thevtonico locandi.

et perpetuo possidendi. Vt autem hoc factum. ratum semper et in conwlsum permaneat infuturum. presentem litteram super hoc conscribi fecimus. et sigillorum nostri. ac matris nostre. et duorum episcoporum. videliçet. vratizlavienfis. et Lubucenfis. appenfione insigniri. Actum est in vratislauia. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. ducentesimo. quadragesimo. tercio. septimodecimo kalendas Nouembris. sub testimonio proborum virorum et honestorum. quorum nomina sunt hec. Dominus Thomas episcopus vratizlauienfis. dominus Heinricus episcopus lubucenfis. Theodericus. cantor vratislauienfis. Gerlacus. notarius ducis. Comes Boguslaus. castellanus de Nemz. comes Radzlaus. castellanus. de vratislauia. comes Theodericus. castellanus. de Reczen. comes Lezota. castellanus. de legnicz. Guntherus. castellanus. de Glogov. Mrozko. castellanus. de crosten. Nycolaus. castellanus. de Bolezlawicz. Gebehardus. castellanus. de Sandowel. Albertus. de kartin. Berol-dus. subdapifer ducis. Pribizlaus. filius dyrfkonis. Dobes. gener Yliconis. Otto. et Stephanus. filij Gunradi quondam de crosten castellani. et alij multi tam laici quam clerici.

Von den vier Siegeln, der Anna, des Boleslaus, des Bischofs von Breslau und des Bischofs von Lebus, ist nur das des Boleslaus vorhanden, von den andern dreien sieht man nur die Einschnitte in das Pergament, und selbst keine Spuren, daß je Siegel wirklich darin befestigt gewesen sind. Das noch daran befindliche Siegel ist auf gelbliches Siegelwachs gedrückt, und hängt an einer roth-, grün- und gelbseidenen Fadenschnur. Das Siegel ist dem der Urkunde XV völlig gleich, nur in einer kleinen Verschiedenheit der Umschrift sieht man, daß es ein anderer Schnitt ist. Sie lautet: + SIGILLVM: BOL'SLAI. DVCIS SLESIE': Schön geschriebene Urkunde.

Boleslaus dux Silesiae.

LXXII.

Zweites Stück der vorigen Urkunde.

Abweichungen:

12. lubens.
14. in pondere
17. ivre
21. et sigillo nostro. de duorum Episcoporum. videlicet.
24. vratizlauia.
37. 42. Crosten.

Drei Siegel. Das erste, gelbes Wachs, länglich, klein, an grün- und rothseidener Fadenschnur. Stehender Geistlicher, die rechte Hand zum Segnen erhoben, in der linken den Bischofstab haltend. + S THOME ..... Das andere, auf gelbem Wachse, rund, an roth- und gelbseidener Fadenschnur, wie das vorige Siegel des Herzogs. Das dritte, an grün- und rothseidener Fadenschnur, länglich, in braunem Wachse, unten etwas zerbrochen und mit rothem Wachse zusammengeklebt. Ein stehender Bischof, die rechte Hand zum

Segnen erhoben, und unter dem Arme, in der Mitte, steht ein Stern. In der rechten Hand hält er den Bischofstab gegen den Leib gedrückt. Umschrift: † S' HEINRICI. EPIS ...I LVBVCENSIS

Mesico dux de Opol.

LXXIII.

Herzog Mesko giebt der Probstei Kasimir die Gerichtsbarkeit über die Einwohner ihrer Besitzungen. Ratibor, ohne Tag 1244.

In nomine domini amen Notum sit omnibus presentibus et futuris quod nos Meseco dei gratia dux de Opol attendentes deuotionem domini abbatis Henrici. de lumbes (?). contulimus libertatem hominibus eius unuersis (? uniuersis) in Cazimir et alijs uillis eiusdem. in nostro ducatu constitutis talem uidelicet libertatem ut nec coram castrensibus iudicibus nec coram iudice curie nostre preter coram rectoribus predicte domws compareant responsuri. Actum in ratibor anno gratie domini M° c°c° xl. iiii° presentibus hijs iudice paulo. Subcamerario Jarozlao. domino Henrico notario iacobo capellano curie. Rammoldo, Gomizlao et alijs quam pluribus

An rothseidener Schnur hängt ein gelbes, undeutlich gewordenes Wachssiegel. Eine Gestalt im langen Waffenrocke

steht in der Mitte, in der rechten Hand einen Spieß, am linken Arme einen langen, unten spitz zulaufenden Schild, vom Leibe abhaltend. Von der Umschrift sieht man nur: ...IGILLVM MESECONIS DVC.....

Boleslaus dux Silesiae.

LXXIV.

Der Biberfang in Prochlowitz, Slup, Nova curia und Wilksin steht allein dem Kloster Leubus zu. Leubus, ohne Tag 1244.

IN NOMINE DOMINI AMEN Quoniam feruide ambitionis mortales cunctos non definit inficere contagio et diuersum humanitas fallendi non ueretur introitum attemptare. necesse est ut incontractibus (?) modernorum obliuionem que materiam controuersie cogit exordiri scriptis et atestationibus obumbremus. Nouerint igitur vniuersi et posteri. presens scriptum inspecturi. quod nos Bolezlaus dei gratia Dux zlesie et Polonie. inspecto fideli obsequio domini Heinrici Abbatis et totius conuentus de Lubes quod nobis crebris beniuolentijs inpenderunt inhereditatibus (?) eorum que wlgariter. Prochlowiz. Slúp. Noua curia et Wilcsino uocantur ut nullus se de Castorum captione preter eos intromittant tribuimus facultatem ad predictum conuentum perpetuo deuoluendam. Ad cuius rei memoriam ut predicta conceßio inconcussa permaneat pre-

sentem cedulam. sigilli nostri robore duximus in-
signiri. Datum in lubes. Anno domini. M°.
cc°. xlquarto.

An weiß- und rothseidener Fadenschnur das Siegel, in braunem Wachse, wie bei der Urkunde XV. — Die Urkunde ist schön geschrieben.

Boleslaus dux Silesiae.

LXXV.

Herzog Boleslaus vertauscht sein Gut Malschitz (Maltsch) gegen Bartuschow (vergl. Urkunde XLII.), welches dem Kloster gehörte. Bartuschow, ohne Tag 1245.

IN nomine domini Amen. Nouerint vniuersi tam presentes quam postmodum futuri presentem paginam inspecturi. quod nos Boleslaus dei gratia dux Slesie et polonie ex consensu Reuerentissime matris nostre Anne ducisse Slezie et libero arbitrio fratrum nostrorum ducum henrici et Cunczonis immo et vlodislai. cum domino. h. abbate de lubes et toto conuentu talem ordinauimus commutacionem ut ipsi racione uille que Bartuschow uocatur quam ad usus nostros et commodum nostrum nobis reseruauimus. uillam que malschicz nuncupatur cum omnibus attinencijs secundum quod in grenitijs suis ab antiquo est

limitata et distincta iure perpetuo cum omni dominio et omni libertate et iure nostro ducali cum iudicio manus et capitis aut cuiuscumque cause sicut ad usus nostros et ad cameram nostram iure hereditario pertinebat. tamquam bona ecclesiastica habeant et possideant in eternum. ita tamen quod clausstro lubensi et monachis ibidem deo seruientibus omnis decima aratrorum nostrorum in eadem uilla Bartoschow remaneat eternaliter accipienda et habenda. Datum in Bartoschow anno domini M°. c°c°. xl°v° presentibus dominis Comite Leffoto Castellano de Lignicz. Gunthero de Bybirstein. et Rudolpho et vlrico fratribus suis. Conrado subpincerna et vlrico subdapifero. Nicolao canonico de glogow. Conrado canonico de lubus et alijs quampluribus. In cuius rei testimonium ut predicta ordinacio et commutacio robur habeat eternitatis presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus insigniri

An gelbseidener Fadenschnur das Siegel des Herzogs, in braunem Wachse, undeutlich geworden, und daher nicht zu unterscheiden, ob es das unter XV oder LXXI beschriebene ist.

f. d. B. Boczek III. 57. aus dem Orig.

Mesico dux de Opol.

LXXVI.

Herzog Mesiko giebt für die Dörfer Sonovo und Clyzino dem Kloster Leubus Kazimir, nach seinem Tode fallen aber auch beide Dörfer wieder dem Kloster mit allen Rechten zurück. Ratibor, den 12. April 1245.

In nomine domini amen. Nos Mesco dei gratia Dux de Opol notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod pensata commoditate et vtilitate tam nostra quam eciam Lubensis Monasterij Ordinis Cystercienſis wratislauiensis dyocesis de voluntate et maturo consilio Baronum ac Nobilium nostrorum Villarum infra nominatarum tale fecimus concambium Recepimus siquidem ab eodem Monasterio duas Villas in confinio Morauie sitas Sonouo et Clyzino cum omni vtilitate que ibidem tam in hominibus quam in terris prouenit uel inposterum poterit prouenire In quarum permutacionem dicto Monasterio de nostra proprietate assignauimus Villam que Kazimir nunccupatur cum suo pleno circuitu et omnibus pertinencijs Judicio manus et capitis, Villasque que Loncouici et Comornici wlgariter nominantur, adiectis nichilominus pratis, nemoribus, mellificijs earundem villarum et omni vtilitate aquarum in Molendinis, piscacionibus, castoribus, et ceteris que ex hijs inpresenciarum prouenium uel inposterum ex industria ibidem habitancium poterunt

prouenire Incolis autem villarum illarum quas supranominato Monasterio in prefata commutacione pleno iure assingnauimus eam dedimus Libertatem vt ab omni expedicione siue exercitu preterquam ad terre defensionem liberi omnes et singuli teutonico iure fruentes ab omni exactione peticione siue collecta et generaliter ab omnibus predialibus siue personalibus prestationibus que ab alijs simili modo uel alio iure vtentibus fieri consweuerunt uel infuturum forsitan Principis voluntate fuerint excogitate immunes existant, Ita quod omnia Judicia in Villis prenominatis que dictum Monasterium a nobis permutacionis nomine susceptt ad solum Abbatem uel ad eum quem eis idem Abbas prepositerit pertineant. et ad ipsum Monasterium ex integro perueniat quidquid in eis fuerit deriuatum Judicium eciam manus et capitis quod respectum semper habuit ad nos ut pocior nostri sit memoria cum omni vtilitate pleniſſime indulgemus. Hijs igitur taliter conpletis et fratribus dicti Monasterij nomine ipsius in omnium supradictorum inductis possessionem nacta eciam possessione a nobis Villarum supranominatarum Sonouo videlicet et Clyzino nos pleniore habita deliberacione tum quia possessiones quas nos a sepefato Monasterio recepimus meliores erant illis quas nos pro commutacione sibi contulimus, tum eciam vt in eodem Monasterio nostri ac omnium progenitorum nostrorum continua in oracionibus habeatur memoria prefatas villas Sonouo et Clyzino eidem Monasterio mera liberalitate quasi restituendo pleno iure contulimus vtilitate siue

yſufructu ſolummodo nobis diebus vite noſtre retento, Ita quod poſt noſtrum obitum nominate Ville pleno iure eciam Judicio manus et capitis ac cum omni vtilitate ad ius et proprietatem dicti Monaſterij directe ſine cuiuſlibet contradictione reuertentur. Vt autem hec noſtra permutacio et donacio rata et inuiolabilis perſeueret ad perpetuum robor firmitatis et in memoriam geſtorum preſentem litteram noſtro Sigillo eidem Monaſterio contulimus roboratam. Actum in Ratibor, Anno incarnacionis domini Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo quinto Pridie Idus Aprilis Preſentibus: Rynoldo Archidiacono de Opol, Nicolao Archidiacono de Glogow Nicolao Canonico et Cancellario, Nicolao Caſtellano de Cozle Dytkone de Butyn Caſtellano, Ottone Caſtellano de Ratybor Jarozlauo Subcamerario Ralicha Thezaurario Guthardo Notario, Jacobo, Paulo, Roperto, Marco, Egidio, Ramoldo.

An dicken, roth- und gelbſeidenen Fadenſchnüren iſt ein gelbes Wachsſiegel. Ein Reiter, der von der Linken zur Rechten reitet, am linken Arme den Schild, in der rechten, rücklings ausgeſtreckten Hand, das Schwerdt. Es ſcheint ein geſtirnter Grund zu ſein, und unter dem Pferde eine Franzöſiſche Lilie zu ſtehen. Von der Umſchrift ſieht man: S MESCONIS DVCIS .. OPOL.

Boleslaus et Heinricus Duces Sil.

LXXVII.

Die Herzoge beſtätigen in ihrem und ihrer Brüder Namen dem Kloſter den Beſitz der Dörfer Brochlovici und Polcowici, welche daſſelbe für 230 Mark kaufte. Breslau, den 18. Oktober 1247.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quum ut ait dominus habundabit iniquitas. et refrigeſcit karitas multorum. Nos Bolezlaus et Heinricus Duces zlefie eorum malitie uolentes obuiare. qui ueritatem dei in mendatium aſſueti ſunt commutare. Notum facimus vniuerſitati fidelium quod de uoluntate fratrum noſtrorum Cúnradi et Wlodizlai hereditates que Brochlovici et Polcovici nuncupantur. quas Abbas de Lubens et ſuus conuentus pro ducentis et triginta. Marcis poſt mortem patris noſtri. a paganis occiſi. a nobis comparauit et integraliter perſoluit. iterato confirmamus preſentis ſcripti patrocinio. Conferentes ſibi ſuoque monaſterio in perpetuum ivs proprietatis. predictarum villarum in agris. pratis. paſcuis. aquis. Molendinis. caſtoribus. terris cultis et excolendis. ut in priuilegio inde confecto plenius continetur. quatenus omni libertate gaudeant. qua ordo Cyſtercienſis conſueuit gaudere ſuorum auctoritate priuilegiorum. Et quia dominus Abbas tempore hujus confirmationis obtulit et perſoluit noſtre dominationi triginta Marcas. volumus ut predicte hereditates cum omnimoda libertate ſibi ſuoque Monaſterio

Brechelshof.

illibate permaneant. nec quiſquam auſu temerario audeat uiolare. quod noſtro ſcripto et ſigillo dignum duximus communire. Acta ſunt hec in Wratizlauia. Anno incarnationis domini. M°. cc°. x°l. vii°. In die ſancti Luce. in preſentia fratrum noſtrorum Cúnradi prepoſiti. et Wlodizlai. et aliorum quam plurium quorum nomina ſunt ſubſcripta. Boguzlai videlicet caſtellani de Nemizs. Razlai fratris ſui caſtellani de Wratizlauia. Guntheri de Bibirſtein et camerarij de legniz. Rudolfi fratris eius. Bertoldi caſtellani de Glogov. friderici dapiferi. Cunradi pincerne. vlrici ſubdapiferi.

An rothſeidener Fadenſchnur das braune Wachsſiegel des Herzogs, wie bei XV. Es ſcheint noch ein Siegel an der Urkunde gehangen zu haben, von dem aber keine Spur mehr iſt.

Thomas Epiſcopus Wratiſl.

LXXVIII.

Merboto, Magiſter des Eliſabet Hospitals, hatte den Zehnten von Landſtrichen in Anſpruch genommen, welche in den Gränzen des Dorfs Schoneſeld liegen, die aber vom Kloſter Leubus als zu Boguſici gehörig angeſprochen wurden; er entſagt ihnen vor dem Biſchof.

Breslau, den 28. Oktober 1248.

IN nomine Domini Amen. Nos Thomaſ dei gratia Wratiſlauienſis Episcopus. Notum

facimus uniuerſis. quod frater Merboto magiſter hoſpitalis ſancte. Elizabet in Wratiſlauia in preſencia noſtra pecijt A domino abbate et fratribus Ciſtercienſibus de lubens decimam de quadam parte terre de uilla Boguſici. quam terram idem fratreſ Ciſtercienſes poſſident infra metaſ territorij curie ſue de pulcro campo quod dicitur ſonuert (? ſconuelt). dicenſ decimam illam ratione uille ſue Boguſici ad idem hoſpitale pertinere. et hoc uolebat per uiciniam ſecundum conſuetudinem terre probare. Abbate pro ſe et fratribus ſuis reſpondente quod eandem terram de ſenioriſ ducis henrici uoluntate. et decimam de domini laurencij epiſcopi gratia ante tempora concilij lateranenſis poſſediſſent pacifice et quiete. Et cum ſuper hoc ſatiſ litigatum fuiſſet. uiſum eſt nobis et fratribus noſtris ut domino abbati deferremus quatinus ſi probare poſſet decimam ſupradictam ante tempora concilij lateranenſis et huc uſque pacifice poſſediſſe. ipſum ab impetitione magiſtri iam dicti abſolueremus Receptionem teſtium Canonicis noſtriſ dominis Nicholao, Wolchero committenteſ ipſoſ in lubens tranſmiſimus. qui aſſumptis ſecum domino Simone plebano de ſtinaw et vitali ſacertote (?) de lubens inpreſencia ſupra dicti Magiſtri. M. domino Titricho primo teſte iurante ut ueritatem diceret. Idem hoſpitalarius alioſ teſtes iurare non permiſit uidenſ eorum maturitatem et honeſtatem. Coram nuncijſ noſtris et fratribus domuſ. Idem magiſter. M. accioni ſue pro ſe et ſuo hoſpitali ſuper decima illius territorij que fuit de Boguſici inperpe-

tuum renunciauit. Postea idem. M. hospitalarius uenienſ in noſtra preſencia ipſos abſoluit accioni ſue pro ſe et ſuo hoſpitali renunciaſ inperpetuum. dixit coram nobis ſicut iuſte poſſident ita deus faciat eoſ inperpetuum poſſidere. Et ne a quoquam inpoſterum ſuper hijs dubitetur. preſentem paginam ſigillo noſtro duximus muniendam. Actum in wratizlauia in domo noſtra. Anno domini. M°. cc°. xl°. viij. v. kal'. nouembris. Coram Capellanis noſtriſ et multis Alijſ.

An einem Schreibleder-Streifen das Siegel des Bischofs, wie bei LXXII. Das Bild deutlich und wohl erhalten, nur oben ist einiges von der Umschrift ausgesprungen, zu lesen ist: ...HOME DI GRA WRATISLAVIEN EPI.

Boleslaus dux Sileſiae.

LXXIX.

Boleslaus verkauft, mit Einwilligung ſeines Bruders Konrad, die Dörfer Sychove und Glynan dem Kloſter Leubus für 250 Mark, mit allen Rechten, und der Erlaubnis, ſie nach Deutſchem Recht einzurichten.

Goldberg, den 1. Juni 1249.

INNOMINE DOMINI AMEN. Nos Bolezlaus dei gratia Dux zleſie et Polonie. notum facimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris. quod vna cum fratre noſtro Cunrado

electo patovienſe. de conſilio baronum noſtrorum. villas. que proprio nomine Sychove. et Glynan. nuncupantur. cum omnibus pertinentijs. videlicet. Agris. Pratis. Siluis. Aquis. et uſu aquarum. tam in Caſtoribus quam in Molendinis. et alijs omnibus que pertinent ad uſum aquarum. ſecundum quod ſunt plene ſuis interminis. domino Abbati Heinrico et Conuentuj de Lubens. nomine eccleſie ipſorum vendidimus. et tradidimus pro ducentis et quinquaginta Marcis argenti in pondere polonico. quarum ſolutionem nos confitemur plenarie recepiſſe. dantes eis facultatem eaſdem villas ivre thevtonico locandi. et perpetuo poſſidendi. Ut autem hoc factum ratum ſemper et inconwlſum permaneat infuturum. preſentem litteram ſuper hoc conſcribi fecimus. et ſigilli noſtri. et ſupradicti fratris noſtri appenſione inſigniri. Actum in Aureo monte. Anno ab incarnatione domini. Milleſimo. Ducenteſimo. quadrageſimo nono. kalendas junij. ſub teſtimonio proborum virorum et honeſtorum. quorum nomina ſunt hec. dominus Magnus prepoſitus de Lubus. et frater ipſius Comes Sifridus de Anhalt. comes Albertus de Rabynſwalde. Guntherus de Bybirſtein. et frater eius Rudolfus. Volradus de indagine. Cunradus de ſtrele. Vitigo de Camenz. Richardus de Damis. Gerhardus de lapide. Otto filius Cunradi de Crozna. Valentinus notarius ducis. Cunradus ſcriptor. Heinricus de Guzic. Hartmannus de valkenberch. Fridericus Modek. Petrus ſubpincerna. Yko filius Myronis. Theodericus

de Muſchov. et alij quam plures tam clerici quam laici.

Mit zwei Siegeln, beide auf gelbbraunem dünnen Siegelwachs. Das eine, an grün- und gelbſeidenen Fadenſchnüren hangend, iſt das bekannte des Boleslaus, dem an der Urkunde XV gleich. Das andere iſt an roth- und gelbſeidenen Fadenſchnüren befeſtigt, ein Mann, in langem geiſtlichen Rocke, hält mit beiden Händen ein Buch gegen die Bruſt gedrückt. Die Umſchrift iſt undeutlich geworden, doch kann man noch heraus bringen: † CONRADVS DEI GRA RECTOR ECCLE PATAVIENSIS

Boleslaus dux Sileſiae.

LXXX.

Boleslaus bewilligt dem Städtchen Leubus das Deutſche Recht, ſo wie ſich Neumarkt deſſelben erfreut. Goldberg, den 15. Juni 1249.

INNOMINE DOMINI AMEN. Nouerint vniuerſi preſentes et poſteri. preſens ſcriptum inſpecturi. quod nos Bolezlaus dei gratia Dux Sleſie et Polonie de conſenſu fratris noſtri electi Pathauienſis. perſpectis meritis et fidelibus obſequiis Reuerendi in chriſto patris noſtri Abbatis de Lubens. crebro ab ipſo et a conuentu perceptis. ipſi conſilio Baronum noſtrorum. decreuimus concedendum quod in villa ſua forenſi Lubens uocata. eodem iure teuthonico et pari libertate qua ciues de nouo foro gaudent

liberrime pociantur. videlicet iudicijs. mercaturis. et vniuerſis eis quibus fulcitur ius teuthonicum et libertas. Ut autem hoc fecimus ratum ſemper et inconwlſum permaneat inſuturum. preſentem litteram ſuper hoc conſcribi fecimus. et figilli noſtri. et ſupra dicti fratris noſtri appenſione inſigniri. Actum in Aureo monte. Anno domini Milleſimo Ducenteſimo. quadrageſimo nono. xvij°. kalendas julij hijs preſentibus. domino Magno prepoſito de Lubus et fratre ipſius Sifrido comite de Anhalt. comite Alberto de Rabynſwalde. Gunthero de Bybirſtein et fratre ipſius Rudolfo. Cunrado de ſtrele. volrado de indagine. vitigone de Camenz. Richardo de Damis. Gerhardo de lapide. Ottone filio Cunradi de Crozna. valentino notario. Cunrado ſcriptore. Heinrico de Guzc. Hartmanno de valkenberhc. Friderico Modek. Petro ſubpincerna. Ykone filio Myronis. Theoderico de Muſcov. Ottone filio Guntheri de bybirſtein. et alijs quam pluribus tam clericis quam laicis.

Mit zwei gelblichen Wachs-Siegeln. Das eine, an grün- und weißſeidener Fadenſchnur, das Siegel des Boleslaus, wie bei Urkunde XV. Das andere, an roth- und gelbſeidener Fadenſchnur, das Siegel Konrads, wie bei der vorigen Urkunde, nur noch undeutlicher, beſonders in der Schrift.

Heinricus III.

LXXXI.

Da der Herzog im Kriege mit seinem Bruder Boleslaus die Güter des Klosters zerstört hat, schenkt er ihm zur Schadloshaltung das Dorf Bresina mit Deutschem Rechte. Cridelin (Kreidel), den 1. November 1251.

IN NOMINE DOMINI AMEN: Multis incommodis prudenter occurrimus. cum etatis nostre negotia litterarum memorie commendamus. quid que a nostris sunt prioribus instituta per obsequia scripturarum ad nostram noticiam peruenerunt. Nos igitur Heinricus dei gratia dux zlesie presentis scripti testimonio ad omnium tam presentium quam futurorum noticiam cupimus peruenire. quod nobis procedentibus cum exercitu contra fratrem nostrum Ducem Bolezlaum. dominus Abbas domus Lubensis et sui fratres dampna grauia et grauamina intollerabilia per nostros homines receperunt per quos non solum ville ipsorum et grangie depredate. uerum etiam in parte maxima incendio sunt cremate. Unde nos scientes formam esse iusticie. et honestati congruere principali. religiosorum uirorum res et possessiones non minuere sed augere. non inuadere sed tueri. quatenus sue iniurie et nostre consciencie satisfieret ut etiam ab eisdem ad deum nostri memoria frequentior permaneret. domui supradicte. donauimus uillam que uulgariter. Bresina nuncupatur, cum suo pleno circuitu. videlicet agris Siluis pratis pascuis. non excipientes illud pratum quod uocatur specialiter Ducis pratum. mellificijs Aquis et Aquarum usibus. tam in castoribus quam in piscibus. et alijs omnibus utilitatibus que in ipsa hereditate ipsorum industria et labore nunc et inposterum poterit prouenire Hoc addicientes. quod si domino abbati et suo conuentui placuerit. Theutonicos vel alterius cuiuslibet ydiomatis homines in predicta hereditate iure Theuthonico collocare. ipsi homines eo iure quo utuntur villani circa nouum forum liberrime pociantur. Ut autem hec nostra donatio domui prenotate imperpetuum permaneat illibata. domino Abbati et conuentui dedimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Anno domini. M°. CC°. LI°. in die omnium sanctorum in villa dominorum de sancta Maria de vratizlauia. que Cridilin dicitur. presentibus hijs et consentientibus quorum nomina sunt subscripta. comite Mroskone castelano de Recen zbilutone iudice crurie (? curie). Gebehardo de wisenburch Michaele monoculo. Ottone de Wilin. Dobessio de damanz. Johanne oscina. Stephano iuniore de wirbina. Heinrico de prouin. Heinrico et Immrammo filijs comitis ilici.

An dunkelrothseidener Schnur hängt das bräunliche Wachssiegel. Es steht in demselben ein Ritter, baarhaupt, in der rechten Hand eine Lanze mit einem Fähnlein haltend, welches drei Zipfel hat, und auf dem man den Schlesischen Adler sieht, auf dem Schilde, den er an dem linken Arme

trägt, ist auch der Schlesische Adler. Umschrift (so viel man davon lesen kann): + H..N...VS DEI GRACIA DVX ZLESIE. — Die Urkunde ist sehr schön geschrieben.

Innocentius Papa IV.

LXXXII.

Untersuchung der Wunder des Bischofs von Krakau Stanislaus, wobei auch ein Abt von Leubus gegenwärtig, zur Heiligsprechung des Stanislaus. Perugia, den 26. Mai 1252. *)

Crescentibus Stupendis et Magnificis Miraculis, quae Divina Clementia Salvatoris per Beati Stanislai Pontificis Cracoviensis, gloriosa merita Polonorum Genti operari dignata est. Commissio Super miracula ab Urbe Roma emanata est tenoris Sequentis.

INNOCENTIUS. Episcopus Servus Servorum DEI. Dilecto Filio Jacobo Velletrensi Ordinis Fratrum Minorum Salutem et Apostolicam Benedictionem. Licet Venerabili Fratri meo

*) Es ist dies eine Urkunde auf Papier, geschrieben im 18ten Jahrhundert, entnommen, wie unten bemerkt, aus einem Zeitbuche, hier aber eingeordnet, da die Jahreszahl darauf hinweiset, daß die Urkunde hier ihre Stelle finden würde, und sie doch immer geschichtlich wichtig ist. Mit Beobachtung der durchaus der Ausstellungszeit der Urkunde nicht entsprechenden, aber hier angenommenen Schreibung abgedruckt, wie immer.

Episcopo Cracovienſi et dilectis Filijs Capitulo et Clero Cracovienſis Civitatis et Dioecesis Suis Nobis literis intimantibus quod mirabilis Deus in Sanctis suis piae memoriae Stanislao Cracovienſi Episcopo tot et tantis dat coruscare miraculis ut illius Sanctitas apertis Judicijs comprobetur, et ipsius inter alios Sanctos non invocari Suffragia est indignum. Venerabilibus Fratribus Nostris ArchiEpiscopo Gnesnensi, Episcopo Vratislaviensi, dilecto Filio Abbati de Lubens Cistercienſis Ordinis Vratislaviensis Dioecesis dederimus Nostris literis in mandatis, ut assumptis Sibi Viris Religiosis et Deum timentibus, de Virtute morum et Veritate Signorum operibus agant, et miraculis diligentissime inquirent, quae invenirent, Nobis suis literis fideliter intimarent, ipsisque in negotio hujusmodi procedentibus et rescribentibus Nobis, Nos fidem abhibeamus, ut a dictis Inquisitoribus Si Superstites et praesentes in Provincia fuerint, an Sic processerint, Sicut Sub ipsorum Sigillis recepimus, perscruteris, et ipsorum Actorum Exempla. ad majorem certitudinem tecum portes. faciens praestari tibi eos, qui dicuntur fuisse a diversis infirmitatibus liberati. Quos et quot poteris, ac illos duos Centenarios Si Superstites fuerint, de quibus mentio est, in Actis quae dicuntus ab aliquibus accepisse, vel eorum alterum, quod Sanctum noverunt eundem, et de ipsius clara et honesta conversatione dum viverent audierunt, inquisiturus ab ipsis an ita sit et inspecturus. Nihilominus devotionem. Populi et famam Communem Super Martirio et causa marti-

rij nec non et Sanctitate ipsius inquiras. Insuper utrum Cracoviensis Dioecesis Paganis et Ruthenis Schismaticis sit confinis, ut per hoc ex ipsorum confinio lucrum provenire valeat animarum, ad hoc librum Cronicarum quo ad Capitulum pertinens ad negotium memoratum ex Archivo Ducis Poloniae aeditum, et etiam librum Annalium, et Epitaphium considera diligenter. Et his Summatim Sub obteſtatione juramenti, ubi tibi visum fuerit coram prioribus Inquisitoribus praeſtiti plenius intellectis, Si aliqui teſtes Super prioribus vel novis articulis tibi fuerint praeſentati, eos juratos Secundum formam recipiendorum teſtium prudentum recipias et diligenter examinare procures et Sic inſtructus ad Nos, ut per te Super his inſtruamur plene revertaris. Datum Perusij septimo Calendas Junij, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Extractum ex Chronico ManuScripto Monaſterij Landensis S. O. Ciſtercienſis de Anno 1250. *)

Fr. Nicolaus Antonius Łukomski
Abbas Landensis
mpa.

In Wachs und Papier darüber das Siegel untergedruckt. Im Schilde halber Mond, in dem das Kreuz ſteht. Aus einer Krone treten oben drei Federn heraus, ein Kardinalshut ſchwebt darüber. Umſchrift: Eine Lilie. Nico. Anton. Łvkomski. Abbas. Landinensis. S. Ord: Cister.

*) Die Jahreszahl iſt falſch angegeben, die Urkunde iſt 1252 ausgeſtellt; indeſſen kann es ſein, daß das Ganze unter 1250 in dem Zeitbuche erzählt wird.

Boleslaus dux Sileſiae.

LXXXIII.

Nochmalige Beſtätigung des Tauſches von Bartoſſow gegen Malſchitz, wobei des Herzogs Söhne Bolko, Bernhard und Jaroslaus einwilligen, ſo wie Verſicherung des freien Beſitzes des Dorfes Rogow. Liegnitz, den 27. Dezember 1252.

In nomine Domini ameN Quod maieſtas principum cum mature premeditacionis ſtudio ſtatuit. illibatum debet ſeruare ſollertia ſucceſſorum. Inde eſt quod Nos boleſlaus dei gracia dux ſlezie notum eſſe volumus vniuerſis preſentibus et futuris huius pagine ſeriem inſpecturis quod licet villam bartoſſow wlgariter nuncupatam ad cenobium lubes ab antiquo pertinentem ad noſtros vſus acceperimus per concambium eiuſdem cenobij a conuentu. dantes pro ipſa villam noſtram contiguam eidem cenobio Malſchitz communi vocabulo appellatam tamen ad vltimum perpendentes et certo certius congnoſcentes non eſſe equam huiusmodi campſionem. in eo videlicet. quod in ipſa fuerit noſtris vtilitatibus derogatum. a domino . . Abbate dicti cenobij et ſuis fratribus conſenſu dilectorum noſtrorum filiorum bolkonis. Bernhardi. Jaroſ-

lai. accepimus nonaginta marcas vſualis ponderis et argenti. per quas dicte campſionis in equalitatem recongnoſcentes eſſe ſufficienter adequatum. prefatam villam Malſchitz cum omnibus attinencijs ſuis videlicet agris cultis et incultis. pratis. paſcuis. rubetis. lingnis. lacu. piſcaturis et littore fluuij odere necnon cum omnibus vtilitatibus et prouentibus ac iure noſtro ducali. cum omni iudicio ſuperiori et infimo manus et capitis. cum omni dominio et omni libertate ſicut ad nos et ad noſtram cameram pertinebat dicto cenobio et ſuo conuentui concedimus ac conferimus libere poſſidendam. Inſuper allodium Rogow quod predicti fratres in lubes. nouiter ante paucos annos de incultis agris exſtirpatis radicibus. ſuis laboribus ac ſumptibus funditus conſtruxerant et locarunt. dicto conuentui in lubes appropriamus ſicut villam malſchitz libere poſſidendum. Preterea ne tamen monachi lubenſes in prefata pecunie ſumma ſe ſenciant defraudatos et ne ipſam gratis videamur recepiſſe. in ſalutem anime noſtre et in remedium peccaminum noſtrorum. volentes eciam munificentie noſtre liberalitatem in dictum Conuentum lubenſem exercere. omnia Bona que dominus abbas lubenſis et conuentus predicti. in villis. predijs. hereditatibus quibuſcunque. in dominio noſtro ac in tota terra noſtra habent uel poſſident. ſeu infuturum ex donacione fidelium obtinebunt. uel ſuis pecunijs conparabunt. tamquam bona eccleſiaſtica cum omni iure noſtro ducali. cum omnibus iudicijs ſuperioribus et infimis ſuper capita et manus. cum omni dominio. cum

omnibus libertatibus ac vtilitatibus debent libere et pacifice iugiter poſſidere ac habere. In cuius rei teſtimonium preſencia ſigilli noſtri munimine juſſimus communiri. Datum in caſtro lignitz. anno domini. M°. cc. lrj°. ſexto kalendas Januarij. preſentibus filijs noſtris predictis et domino henrico de prouin. domino henrico de Sagor. domino lamperto de Suognitz. domino hermanno Buch. domino luthero. Elgero. Sidilmanno de Salburg et Nicolao Curie noſtre notario et alijs quam pluribus fidedignis.

An rothleinenen Fäden hängt das braune Wachsſiegel des Herzogs, und zwar das unter XV ſchon beſchriebene, aber ſehr undeutlich geworden.

Innocentius Papa IV.

LXXXIV.

Der Papſt beſtätigt die Zehnten Schenkung, welche dem Kloſter der Biſchof von Lebus gemacht hat. Perugia, den 15. März 1253.

INNOCENTIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monaſterij Lubenſis, Ciſtercienſis ordinis, Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem prebere conſenſum. et uota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Cum igitur ſicut

petitio ueſtra, nobis exhibita continebat, Venerabilis frater noſter .. Epiſcopus Lubicenſis prouentus quarundam decimarum ſpectantes ad ipſum de ſui aſſenſu Capituli uobis et Monaſterio ueſtro contulerit intuitu pietatis prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, nos ueſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, collationem huiusmodi ſicut pie ac prouidè facta eſt ratam habentes et gratam, ipſam auctoritate apoſtolica confirmamus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Salua in predictis decimis moderatione concilij generalis. Nulli ergo omniño hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij Idus Martij. Pontificatus noſtrj Anno Decimo; —

An roth- und gelbſeidener Fadenſchnur die Bleibulle des Papſtes, gut erhalten. Vorderſeite Peter und Paul, wie bei den vorigen Päpſten, Rückſeite: INNOCENTIVS. PP. IIII. — Hinten auf der Urkunde ſteht: Frater Gerlacus.

Innocentius Papa IV.

LXXXV.

Der Papſt beſtätigt dem Kloſter den Beſitz des vom Herzog Heinrich geſchenkten Dorfes Breſina (vgl. Urkunde LXXXI). Perugia, den 20. März 1253.

INNOCENTIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dej Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monaſterij de Lubens Ciſtercienſis ordinis Wratiſlauienſis dioceſeos. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum anobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane ueſtra petitio nobis exhibita continebat. quod Nobilis uir Henricus Dux Zlefie quaſdam poſſeſſiones pertinentes ad eum, que Breſiua (? Breſina) uulgariter appellatur uobis contulit in recompenſationem quorundam dampnorum que ueſtro Monaſterio Nobilis intulerat memoratus, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Nobili prouide factum eſt ratum et gratum habentes, id ſine alieni iuris preiudicio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apoſtolo-

rum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij xiij kal. Aprilis. Pontificatus nostrj Anno Decimo.

An roth- und gelbseidener Fadenschnur hängt das päpstliche bleierne Siegel, wie bei der vorigen Urkunde. — Hinten auf der Urkunde steht: Johannes de Ciuita Cist'.

Innocentius Papa IV.

LXXXVI.

Der Papst bestätigt dem Kloster Leubus den Besitz der Dörfer Sichova, Glinam, Brochilwiz und Polchowiz. Perugia, den 21. März 1253.

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij de Lubens Cistercienfis ordinis Wratislauiensis dioceseos, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum anobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane uestra petitio nobis exhibita continebat. quod uos quasdam possessiones que Sichoua, Glinam, Brochilwiz et Polchowiz uulgariter appellantur emistis a nobili uiro Bolezlao Buce (? Duce) Slesie pertinentes ad eum pro quadam pecunie quantitate prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc prouide


factum est, et in alterius preiudicium non redundat, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusij xij kal. Aprilis. Pontificatus nostrj Anno Decimo ..

An roth- und gelbseidener Fadenschnur die bleierne Bulle des Papstes. — Hinten steht: Joh'es de Ciuita Cist'.


Anmerkung für den Buchbinder. Sobald die zweite Lieferung erscheint, wird dies Blatt weggeworfen, da der 13te Bogen damit anfangen wird.



I Spec. Scr.



I. Abb.




sumus animae nostri iheſu chriſti pro meorum per tempus bonis rata et uero cum

I. Sig.




II. Abb.




quam pariter noſtrorum cuius babtiſtae ergo nec uel quo qui mihi sibi.

III. Abb.




pri pariter et future Quamquidem que domino epiſcopo capitulo



modo debet uel ſub quoque abbati frater porrarium cedere

VI. Abb



divine pariter et future Quamquidem quia quod abbati ſecundum

Wojewódzka Biblioteka Publiczna
CZYTELNIA
w Opolu

Wojewódzka Biblioteka Publiczna
w Opolu

II. Spec. Scr.

In nomine dñi et indiuidue trinitatis. Ego Bolezlaus dux zlesie sibus

IV. Sig.



IV. Sig.



IV. Sig.



IV. Spec. Scr.

In nomine sancte et individue trinitatis Ego bolezlaus dux

III. Spec. Scr.

In nomine sancte et individue trinitatis Ego bolezlaus dux

V. Spec. Scr.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ob hoc una fauente clemencia dux totius polonie Florencio

VII. Spec. Scr.

In nomine dei ego Iarunt[us] dei gr[ati]a ep[iscop]us Iarunt[ensis] Iarunt Der Dilectis filiis .. abbati et fratribus Lubeñ monasterii

V. Sig.



VII. Sig.



V. Abb.

fratribus omne par[ochiale] ius eccl[esi]e

fratribus omne patrocinium nostre cum

VII. Abb.

salutem et benedictionem et apostolica

salutem benedictionem et apostolica

Wojewódzka Biblioteka Publiczna
CZYTELNIA
w Opolu
Wojewódzka Biblioteka Publiczna
w Opolu

VI. Spec. Scr.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Bolesław dux Zlesie

IX. Spec. Scri.

In nomine domini amen. Aeuum tempe tranſeunte tranſeant apoſtoz uoluerid que

X. Spec. Scr

In nomine sancte et individue trinitatis; Ego Wyprand [illegible] gra wratiſla epc; Cum exoſtituo

XII. Spec. Scri.

In nomine domini amen Henricus diuina fauente clemencia dux

XI. Spec. Scr.

In nomine dnm amen. Rebus temporalib geſtis bte ſigillo roborare

Wojewódzka Biblioteka Publiczna w Opolu CZYTELNIA
Wojewódzka Biblioteka Publiczna Opole


Wojewódzka Biblioteka Publiczna
CZYTELNIA
w Opolu

Vorläufige Bemerkungen.

Der Abdruck geschieht durchaus genau nach den Urschriften, so wie auch die Druckverbesserung mit möglichster Sorgfalt vollzogen wird. Die neben einzelnen Worten stehenden Fragezeichen bedeuten, daß diese Worte so in der Urschrift geschrieben, und nicht etwa Lesefehler oder Druckfehler sind. Wiederholen sich einzelne Schreibeigenthümlichkeiten, welche durch Fragezeichen bemerkt worden, in einer Urkunde mehrmal, so sind in der Folge meist die Fragezeichen nicht wiederholt worden, da das einmal gesetzte Zeichen schon auf die Schreibabweichung aufmerksam macht, und so kein Druckfehler zu vermuthen ist. Jede Berichtigung und Verbesserung ist durchaus vermieden worden.

Jährlich soll eine Lieferung von 12 — 13 Bogen erscheinen, und zwei Lieferungen werden immer einen Band bilden. Für's erste werden die Urkunden nur bis zum Jahre 1400 gedruckt werden.

Wojewódzka Biblioteka
Publiczna w Opolu
D 6774/I
013-006774-01=0